tegulis operuit.
mano templo: in quod partim mutata: partim ædificata ẽ sanctorũ Cosmæ et Damiani ecclesia
Lii.
imperatoris Phocæ consensu accepit. et Donus primus pontifex Ro. ream dicte basilicæ
Donus Paradisũ marmore strauit.
cui Paradiso est appellatio: marmoribꝫ etiã extantib) extruxit strauit: quæ marmora: seorsum
Liii.
inhærentes: crustas fuisse credimus metæ illius: quam spoliatam: cuius monumetum fuerit
Nicolaus VIIImus palatiũ
diximus ionorare. Post Leonem IIII. Nicolaus quartus exorgente Vrsina Pontifex Ro. palatium
duxit
Liiii.
epale Beati petri Auxit: quod ad annum circiter ab inde centesimum Bonifacius IX. non leuis
Bonifacius IX. ornauit.
impensa ornauit. Sed iam ad Leonem IIII. iterato reuertamur. Is pontifex magnanimus cinctam
ut diximus muro eam á se Leoninam appellatam ciuitatem Corsis repleuit: qui saracenorũ per
secutionem fugientes populariter emigrauerunt: magnamq; suscipiens ipsius. et basilicæ bti Petri
curam multã fecit: quæ in hoc annorum tuxdum sexcentorum: quot in hæc tempora intercesserũt:
spatio: inueterata iam omnino corruerant: breui ad nihilum peruentura. Vbi eim Leo donis
Eugenium. pont. appellat.
ecclesiam ornauit: tu illam supellectile sacrorum ministerio pariter donatam, tecto insuper
Lv
maiori ex parte renouato: nouisq; sacristiæ cameris exedificatis reddidisti meliorem: sola una
Leo Ciuitatem Leoninã
re uideris á Leone superatus: qui alias ille argenteas: tu æneas basilicæ dedisti: nisi par uideat
corsis repleuit
Lvi.
magnificentia pro argenteis: nullo exquisitiori artificio factis æneas posuisse inauratas: tantisq;
Eugenius Donatus ecc. am
insculptas historiis: unionis Græcorum: Armeniorum. æthiopum. Iacobinorum: et aliorũ ꝓtorum
petri. ornauit. et
tua opera: tuaq; impensa ecclesiæ conciliatorum: ut quadruplo æris: auriq; impendium merces
tectũ sarxit portas
æneas posuit.
opificis superauerit. Quid qꝰ ubi Leo campanariam turrim: quæ omnium prima in orbe terrarũ
fuit: tu ærariã officinam: et proxime portam palatii speciosissimam extruxisti. Strata pa
Latii area: et ipsa: quæ in urbem ducit uia: in multas postea partes urbis diuisa: tanti sint deco
ris: ut alia ab ea: quæ multis retro seculis fuit urbs Roma uideatur reddita. Gentilium:

quæ extent aliæ vaticanus ager nulla habet opera: præterq̃ Cai obeliscum: de quo quid unicus ex maioribus nunc stat. plus dicere: nequaquam absurdum iudicamus. eas lapideas moles: nullius Romani opera: aut cura fuisse excysas constat: nam ipsos: qui Romæ integrę corrupti aut fuerint: aut nunc cernuntur: á Thebis: aut aliis ægypti partibus urbibus fuisse perductos Plinius veronensis Ammianusq; Marcellinus oñdunt. Hunc aut: qui in vaticano uisitur Plinius in xxxvi. tertium ex marmoribus qui fuerint aduecti ponit Libro xvi. ubi de magnitudine arborum tractat: hæc habet uerba. Abies admirationis præcipuæ uisa ē in nauí: quæ ex ægypto Cai principis iussu obeliscum in vaticano circo statuim quatuorq; truncos lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit: qua naue nihil admirabilius usum in mari certum ē. Centum uiginti modii lentis pro saburra ei fuere. Longitudo spatium obtinuit passuum ex parte hostiensis portus latere læuo. Ibi namq; demersa é á claudio principe. Arboris eius crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Ammianus uero Marcellinus rerū gestarum Libro xvii. iucundissimam habet obelisci narrationē: quá libet eius uerbis inserere.

De obelisco vaticani.

Immensa nauis.

Administrante adhuc orpheo præfecturam obeliscus Romæ in circo erectus ē maximo: supquo nunc: quia tempestuum est: pauca discurram. Vrbem priscis seculis conditam ambitiosa montium structura: et portarum centum quondam aditibus celebrem hecatompylon thebas instituto ex facto coonominauerunt: cuius uocabulo prouincia nunc usq; thebais appellatur. Hanc inter exordia pardentis selatæ carthaginis improuiso excursu duces oppressere poenorum. postea q; reparatam persarum rex ille cambyses: quod ad uicerat: alieni cupidus: et immanis ægypto præruptu aggressus ē: ut opes exinde raperet inuidendas q;: ne deorum quidem donariis parcens: qui dum inter prædatores turbulenter concurrit: laxitate præpeditus indumentorū concidit pronus: ac suomet pugione: quem aptatum femori dextro oestabat subito uulnere nudato uulneratus pene letaliter interiisset: Longe autem postea cornelius Gallus octauiano res tenente Romanas ægypti procurator: exhausit ciuitatem plurimis interceptis. Reuersusq; quum furtorum accerseretur: et populatæ prouinciæ metu nobilitatis acriter indignatæ: cui negocium spectandum dederat Imperator stricto incubuit ferro. Is si recte existimo est Gallus potta: quem flens quodam modo in postrema bucolicorum parte vergilius carmine leni decantat. In hac urbe: inter labra ingentia: diuersasq; moles figmenta ægyptiorū numinum exprimentes: obeliscos uidimus plures: aliosq; iacentes: et comminutos: quos antiqui reges bello domitis gentibus: aut prosperitatibus summatū rerum elati: montium uenis: uel aquæ extremos orbis incolas perscrutantes: excisos: erectos dis superis in religione dicarunt. Est aut obeliscus asperrimus lapis in figuram metæ cuiusdam sensim ad proceritatem cōsurgens excelsa: utq; radium imitetur oraciliscens paulatim: specie quadrata: in uerticem productum angustum: manu leuioratus artifici. Formarum aut innumeras notas Hieroglyphices appellatas: quas ei undiq; uidimus incisas: initiatus sapientiæ uetus insioniuit auctoritas. Volucrum eim ferarumq; etiam aliena mundi genera multa sculpentes: ad æui q; sequentes ætates imperatorum tuloratus peruenire memoriā promissa. uel soluta rerum uota monstrabant. Non eim: ut nunc literarum numerus pscriptus: et facilis exprimit: quicqd humana mens concipere pōt: Ita prisci q; scripsitarunt ægyptii: sed singulæ literæ singulis nominibus seruiebāt: et uerbis nonnunq; significabant integros sensus: cuius rei scia in his interim duob; hīt exemplū. Per uulturem naturæ uocabulum pandunt: quia nullos mares posse inter has alites inueniri rones memorant physicæ: per quem specie apis mella cōficientes indicant regem moderationi cū iucunditate aculeos q; innasci debere his signis oñdentes. et similia plura. octauianus augustus: cui obeliscos duos ab Hieropolitana ciuitate transtulisset ægyptia: quorum unus in Circo maximo: alter in campo locatus ē martio. Hunc recens aduectum difficultate —

De obeliscis oribus.

Literæ hieroglyphicæ ægyptiæ

magnitudinis territus: nec contrectare ausus ē: nec mouere. Discant qui ignorant ueterem principem translatis aliquibus: hunc intactum ideo reliquisse ꝓterisse: ꝙ deo soli speciali munere dedicatus fixusq; intra ambitiosi templi delubra: quæ continoi non poterant: tanquam apex omnium eminebat. Verum Constantinus id parui ducens: anulsam hanc molem sedibus suis: nihilq; committere in religionem recte existimans: si ablatum uno templo miraculum Romæ sacraret: idem in templo mundi totius iacere tandiu perpessus ē: dum translationi parantur utensilia: quo conuecto per alueum Nili: proiectoq; Alexandriæ: nauis amplitudinis ante hac inusitatæ ædificatæ: sub trecentis remigibus adiandā: quibus ita prouisis: digressoq; uita principe memorato ingens effectus intepuit: tandemq; sero impositus nauī: per maria: fluentaq; Tyberis uelut pauentis: ne qd pene ignotus miserat Nilus: ipse parum sub meatus sui discrimine moenibus alumnis inferret: desertum Alexandri tertio lapide seiunctum: unde cumulis impositus: tractusq; lenius per hostiensem portam piscinamq; publicam circo illatus ē maximo. Sola post hæc restabat erectio: quæ uix: aut ne uix quidem sperabatur posse compleri: erectisq; ita paululum altis trabibus: ut machinarū cerneres nemus innectuntur uasti funes. et longi ad speciem multiplicium litterarum densitate nimia subtexentes: quibus colligatis mons ipse effigiatur sculptilibus elementis: paulatimq; id per arduum mane protentus: diu pensilis hominum milibus: tanquam molendinarias rogantibus metas cauea locatur in media: cui spera supponitur ænea: aureis laminis nitens: quam confestim litionis diuersi contacta: ideoq; sublata facis inuamentum: et figura æreum itidem auro inbracteatum uelut abundanti flamma candentis. secutæq; ætatis duos transtulerunt quorum unus ī uaticano alter in hortis salustii: duo in augusti monumento erecti sunt. De literis autem hierographicis præter ea: quæ superius scripta sunt: Marcellinus item libro xxii: ubi de pyramidibus ægypti tractat infrascripto dicit modo. sunt et syringes subterranei quidā et flexuosi secessus: quos ut ferunt: periti rituum uetustorum aduentare diluuium præsciū: metuentesq; ne cerimoniarum obliteraretur memoria: penitus operosis diœsos fodinis per loca diuersa straxerunt: et animi excisis parietibus: uolucrum ferarumq; genera multa sculpserunt. et animalium species innumeras quas hieroglyphicas literas appellarunt latini ignorabiles. Et Cornelius Tacitus sic scribit. primi per figuras animaliū ægyptii sensus mentis effinoebāt: et antiquissima monumenta memoria humana impensa impressa saxis cernuntur. Satis uero iam satis extra uetusta urbis Romæ memoi moenia uagati sumus. Ad ipsa priscorū monumenta: ceteraq; urbis partes redeundum est.

De montibus urbis.

Montes in urbe septem numerantur: Capitolinus: qui et tarpeius: Auentinus: Palatinus. Cælius. exquilinus. Viminalis. et Quirinalis. octauoq; loco Janiculus postea adnumeratus ē.

Mons Capitolinus.

Capitolinus mons: sicut Varro de lingua latina scribit: dictus ē: ꝙ hic: quum fondamenta ædis Iouis foderentur: caput humanum inuentum dicitur. Hic mons postea Tarpeius dictus a uirgine uestali Tarpeia: quæ ibi a sabinis necata armis: et sepulta: cuius nōis monumentum reliquū quod et nunc eius rupes Tarpeium appellat saxum. Hunc antea montem saturnium appellatum prodiderunt: et ab eo late saturniam terram: ut etiā Ennius appellat: antiquū oppidū in hac fuisse saturnia scribitur: et etiā uestigia nunc manent triā: ꝙ saturni phanū in faucib. q. saturnia porta: quam Liuius scribit: ibi: quā nunc Fandanam uocant. Virgilius in. viii. Hinc ad Tarpeiam sedem: et capitolia ducit: Aurea nunc: olim syluestribus horrida dumis. Alia de capitolio et nunc notissima afferre priscorū testimonia: supfluum iudicamus. De Auentino sic hꝫ. M. Varro. Auentinum aliquot de causis ducūt. Hennius ab auibus: ꝙ eo se a Tyberi ferrent aues. alii ab Rege Auentino albano: ꝙ ibi sit sepultus. alii Auentinum ab aduentu hominum: ꝙ commune latinorum ibi Dianæ templum sit cōstitutum. ego maxime puto ꝙ ab aduentu.

Auentinus mons

Palatinus mons

Hā olim paludib. mons erat ab reliquis discluſus. Ita ab urbe adueheb antur ratib. Palatini montis causam uocabuli hanc affert. M. Varro. quartæ regionis palatium ꝙ Pallantes

cum euandro uenerunt: qui et Pallatini aborigines ex agro Reatino: qui appellatur palatium ibi (o
sederant: sed hoc alii ab Pallanta uxore latini putauerunt. eandem hunc locum á pecore dictũ putat
quidam. Itaq; Nevius Pallatium appellat. verg. in viii. Arcades has oras venus á pallante pro
fectum: qui regem euandrum comites: qui signa secuti Delegere locum: et posuere in montibus urbem.
Pallantis produi de nomine Pallanteum. De Cælio monte sic habetur apud Varronem. Cælius Cælius mons
mons á Cælio Vieno thusco duce nobili: qui cum sua manu dicit Romulo uenisse auxilium contra
Latinum regem. Exquilini montis q̃ omnium sit maximus longam ponit M. Varro nõis expositio
nem: et quæ multas habeat partes nominum: etiam ipsius Varronis ætate obscuratorum: nequaq; intel De exquiliis.
leoibiles. quæ aũt ad rem mram faciunt sũt hæc. secundæ regionis exquiliæ aliqui eas scripserunt
ab excubiis regis ductas. alii ab eo q̃ excultæ á rege tullo eẽnt. et infra exquiliæ duo montes
habiti. sequitur ratio simul de duobus: quos ob paruitatem colles no montes appellat. in hæc uerba. De viminali
Tertiæ regionis colles quinq; ab deorum phanis appellati: e quis nobiles duo colles viminalis ab De quirinali.
Jove uimineo: cuius ibi aræ sunt. collis quirinalis á quirini fano sunt: qui á quiritibus: qui cum
Tacio curribus uenerunt Romam: q̃ ibi castra habuerunt.

Montium nominibus explicatis: urbem primam á Romulo conditam. ne multis post hanc narratoribus De VRBE a Romulo
officiat eius ionoratio indicemus. eam capitolinum siue Tarpeium: et palatinum: auentinũq; montes ædificata
solum. Cur ijs: quas intercedere uidemus conuallibus comprehendisse hinc constat: q̃ oẽs alios
quinq; montes: et colles additos. T. Liuius ondit. sunt ei illius de Tullii Hostilii rebs gestis hæc
uerba libro primo. Roma interim crescit. Albæ ruinis duplicatur ciuium numerus. Cælius additur
urbi mons: quo frequentius habitaretur: eam sedem Tullius regiæ capit: ibiq; habitauit. Secundus
nouæ urbi additus mons fuit Janiculensis. Liuius in Anci Marci gestis rebus: Janiculum q̃ adiec
tum non inopia loci: sed ne quum ea arua hostium eẽnt: alii tres postea simul á seruio rege
additi. Liuius item primo. Vrbsq; amplificanda uisa est: Addidit duos colles Quirinalem
viminalemq;. Inde dem ceps: auget exquilias: Inibiq; ipse: ut loci dignitas fieret habitat:
aggere: et fossis: et muro circundat urbem. sed Cornelius Tacitus aliter de urbis primæ am
bitu sentire uidetur: cuius hæc sunt uerba. A foro Boario: ubi æreum Taurum aspicimus: qa
id genus animalium aratro subditur: sulcus designandi oppidi coeptus: ut magnam Herculis
aram amplecteretur. Inde certis spatijs interiecti lapides per ima montis palatini ad aram
Consucii: mox ad curias ueteres: tum ad sacellum Larem forumq; Romanum: et capitoliũ
non á Romulo: sed á Tito Tatio additum. Progressum: ad eam: in quam tendimus ædificiorum:
Locorũq; urbis descriptionem: qui nunc sint octo montes: quidq; in eorum habeant: uel demolitum,
aut uetustum: aut nouum ondere pergamus. Sic ẽim fiet ut postea in cliuis: et conuallib; ac at restitutum
cæteris urbis partibus: quæ reliqua sunt: facile ondamus.

Pudet uero pigetq; á capitolio incipientem eius deformitatem referre. Is etenim mons: quem deor Capitolium
domicilium. M. Cicero: cum sæpe alias: tum maxime in õne ad Quirites habita pridie: q̃ iret
in exilium appellat. & Vergilius. Aureum dicat. qualis etiam anno post functos uita Ciceronem
et Vergilium trecentesimo fuerit Ammianus Marcellinus: in Constantis filii Flauii constantini
magni gestis reb; ondit. Constans ei ex constantinopi: in qua natus: et educatus erat: tunc
primũ Romam ueniens ipsa urbe inspecta obstupuit. suntq; de illo hæc Ammiani uerba. li. xvi.
Deinde intra septem montium culmina: per accliuitates planicremq; posita: urbis membra collustrans:
et suburbana. quicquid erat primam, eminere. inter alia cuncta spectabat. Jouis tarpei delubra: quã
tum terenis diuina præcellunt. & infra idem Ammianus: Libro xxii. describens ægypti mirabilia
sic habet: His accedunt altis suffulta fastigiis templa: inter quæ eminet serapeum: quod licet mi
nuat exilitate uerborum: atrijs tñ columnarib; amplissimis: et spirantibus signorum figmentis
et reliqua operum multitudine ita ẽ exornatum: ut post capitolium: quo se Venerabilis Roma
in æternum attollit: nihil orbis terrarum ambitiosius cernat. Eam Imitatus sniam doctissimus op
timusq; uir Cassiodorus in edicto Theodorici primi Astrogothorum regis: per quod formas aqua
rum urbis Romæ iussit reparari: hæc habet uerba. Traiani forum: uel sub assiduitate uidere

miraculum ẽ: capitolia celsa conscendere: hoc est humana ingenia superata uidere. Nunc uõ
præter lateritiam domum á Bonifacio ix. ruinis superædificatam: qualem mediocris olim fuis-
disset Romanus ciuis usibus senatoris: et causidicorum deputatam: præter aræ cœli fratrum bti
Francisci eccam in feretru Iouis templi fundamentis extructam: nihil habet is capitolinus: tarpe-
ue mons: tantis olim ædificijs exornatus. Quæ aũt capitolium habuerit loca superfluum
scribere iudicamus. Nam quum fuerit rei diuinæ inprimis deputatus: aras: sacella, templa: ædes
et delubra habuit supra sexaginta: quorum nõia si operi mõ expedire existimauemas: ex mul
torum scriptis facile fuerit recensere. et ne uulgi: imperitorũq; contendentium, eam fuisse nobiliũ
imperatorũq; et senatus habitatione opinioni sine testimonio aduersemur. Valerii maximi libro
vi. sumpta afferamus. M. Manlius: unde Gallos depulerat: inde ipse præcipitatus ẽ: quia forti
tor defensam libertatem nefariæ opprimere conatus ẽ: cuius iustæ ultionis nimiram hæc præfa
tio fuit: Manlius eras: quum mihi præcipites agebas senones. Eos postquam imitari coepisti:
unus factus es ex senonibus. Huius supplicio æternæ memoriæ nota Inserta est. Propter enim illud
Lege sanctum ẽ: nequis patricius in arce aut capitolio habitaret: quia domum eo loci habuerat
ubi nunc ædem monetæ uidemus. Sed de sacris locis: quæ is habuerit mons uel pauca dixisse
nunc maioris apparentia satis erit. Celeberrimam ea in arce Iouis optimi maximiq; templum ad
eam situm fuit partem: ubi nunc dñi saluator in maximis. Et templum Iani custodis capitolinæ
arcis fuit: ubi nunc ẽ facinorosorum custodiæ locus: et carceris: quam cancellariam appellant.
Fuit aũt celebris famæ in capitolio: et ipsi Tarpeiæ rupi proxima Iunonis monetæ ædes. de q̃
Liuius libro vii. sic habet. Dictator ædem Iunonis monetæ uouit: cuius damnatus uoti compos
quum Romã reuertisset: dictatura se abdicauit. senatus duos uiros ad eam ædem pro amplitu
dine reipu. faciendam creari iussit. Locus in arce destinatus: quæ ared ædium. M. Manlii
capitolini fuerat. ædes aũt Manlii fuisse ad saxum rupis Tarpeiæ supra õndimus: et Vergilius
indicat. In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis. Magna est etiam cliui capitolini per quem
publicus eet in arcem ascensus: mirorum hominum inquisitio. Is uero ubi fuerit: docet Liuius
in vi. belli Macedonici: Consules transfugas numidarũ: qui tum in auentino: ad mille et
ducenti erant: media urbe transire exquirua iussserunt: nullos aptiores intra conualles: te
ctaq; hortorum: et sepulchra: et cauas undiq; uias ad pugnandum futuros rati. quos quum
ex arce capitolij: qui cliuo publico in equis decurrentes quidam uidissent: captũ Auentinũ
inclamauerunt. Itaq; hinc constare dicimus cliuum capitolinum publicum fuisse ad eam
arcis partem: quæ uersa in auentinum: nunc ecca sancti Georgii: ad uellum aureum, á regione
respicit. De Auentino pauciora: et incertiora dicere possumus. multa is mons habuit ædificia
quorum notitia fuerunt: quæ Liuius in libro primo dicit. Primam in Auentino Herculi ab
euandro positam. et Iunonis templũ: quod iuxta Liuium libro secundo belli punici secundi
Camillus dea illius simulacro: quia interrogata uellet ne Romam ire: uelle rndit a ueiis
Romam perducto dedicauit: ædesq; ab eodem Camillo post actum triumphũ Matutæ ma
tri dedicata fuerunt in eodem monte, templa Dianæ et Mineruæ. Item Lucinæ de quo
ouidius in fastis. Luna regit menses: huiusq; tempora mensis sciuit Auentino Luna co
lenda iuuo. Fuit et fons de quo bibebant Faunus et Picus satyri. et Numa Pompilius iunũ
posuit: satyrosq; inebriauit. Vnde ouidius. Lucus auentino suberat niger illicis umbra:
Quo posses uiso dicere numen inest. In medio oramen: muscoq; adoperta uirenti. Manabat
saxo uena perennis aquæ. Fuit et maioris famæ spelunca Caci: quæ nunc uisitur: supra
ecclesiam sanctæ Mariæ in schola græca: quia auentinus spectat in montem Palatinum.
De qua re sic habet Verrius in viii. Hic spelunca fuit uasto summota recessu semi
hominis caci. et infra. Alcides aderat: taurosq; hac uiator agebat. Ingentes ualiemq;

De sacris locis capitolini Iouis templum Iani templum

De Auentino

Iunonis Teplum

Matuta mr. Dianæ templum.

Fons Fauni et pici

Caci spelunca

boues amnemq; tenebant. At furis caci mens effera. et Infra. Reddidit una boum uo
cem: uastoq; sub antro Mugit: et Caci spem: custodita fefellit. et Infra. At specus
et caci detecta apparuit ingens Regia. ouidius. Cacus auentinæ timor: atq; Infamia
syluæ. Fuit etiam in auentino sicut plinius in naturalis historiæ xvi. scribit. Lau
rentiũ sylua Ioui sacrata: in qua valentinianus ii. Constantini comitis: et Gallæ Placi
diæ filius fuit interfectus. Fuitq; ædes Libertatis: quam Gracchus: sicut habet Liuius
de secundo bello punico ex mulctatitia pecunia faciendam curauit. horum omnium
multorũq; ædificiorum: et locorum a maioribus scripto celebratorum fa quæ facil
limum fuit cõmemorare: nullum penitus extat uestigiũ: sed qd maiori nobis est
miraculo: Aquarum Claudiæ: et martiæ ductus: qui stupendo opere in illum mõtem fue
runt perducti. parui ac nulla pene in parte cernuntur. Iulius Frontinus libro. ii. de
aquæductibus. hæc habet uerba. et sedula deinde partitione distributa regionib; quibus
singulæ seruiebant aquæ plures dantur: tang cælio et auentino: in quos sola clau
dia per arcus neronianos ducebatur. quo fiebat: ut quotiens defectio aliqua intercueniss
set: cõplurimi colles sitirent: quibus nunc plures aquæ: et imprimis martia reddita
ampliore opere usq; in auentinum pducitur. De eadem aquæ claudiæ forma Cassiodorus
ubi Theodoricus iubet collabentes aquæductus instaurari scribit: quis posset sermonib;
idoneus talia explicare. Claudiam aquam per tantam fastigii molem: sic in auentini
caput esse perductam. ut quum ibi ex alto lapsa cecidissent: cacumen illud excelsũ
ãi unam uallem riuare uideatur. Habet uero nunc is mons monasterium sanctæ sabinæ
qd sixti tertii papæ temporibus: quidam Petrus epũs ab Illyrico ueniens ppria impensa
ædificari curauit. hꝫ et aliud scti Bonifacii monasteriũ: quæ duo monasteria sũt ædifi
ciorum sumptuositate ornamentisq; etiam mã ætate conspicua. Reliquus mons aut ruinis
aut uineis est: præter et sancti Alexii Coenobiũ: quod inibi uetustissimum conspicitur.
contectus ẽ. Multo autem pauciora habet integra Palatinus mons: q̃ Capitolinus: et Auentinus.
Nam præter sancti Nicolai ecclesiam a calixto papa ædificatam: quæ etiam male integra
cernitur: nullus is celeberrimus mons habet ædificium. quales aũt: et quanta olim fuerit: ea
ædificiorum moles indicant ruinæ inter cæteras urbis conspiciendæ. Hunc montem incoluiss
se: et postea communisse Euandrum testis ẽ Liuius in primo. sed quum reges primo: deinde
et postea Imperatores maiori ex parte habuerint certam sedem: quis tanta ædificia au
xerit nullus scribit. quod quidem nulla alia ratione factum crediderim: q qd unusquisq;
nulla insigni constructione facta particulas addidit: quas scriptores: ut parum dignas
mandare literis omiserunt. Habet aũt Liuius li. iii. ædes vani ducis quondã in pala
tio fuisse: quæ vani prata: diruto ædificio publicatoq; appellata fuerint. Et in bello Ma
cedonico M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deum in Palatino dedicauit. & ludos
ob eam dedicationem factos Meoalesia appellatos. suetonius aũt cæsarem: templũ Apol
linis in palatio extruxisse. & Liuius in viii. de bello secundo punico Matrem magnam
Deum a Graecia auectam: in ædem victoriæ: quæ ẽ in Pallatino perduxere. Et Helius lam
pridius scribit varium Heliogabalum imperatorẽ consecrasse in Pallatino monte: ibiq;
templum fecisse. Ipsum uero montem: qui sicut supra ex varrone ordimur: triplicem ha
buit nominis causam Ballatium nunc posse appellari uidemus: q ubicunq; nõ impedi
unt magnæ molis ruinæ: aut ubi uineta excelsis infornicibus pensilia nõ occuparint:
totus ager pascuus: non ouibus modis: q̃ caballis: bubalis: et capris ẽ factus. qua ex re
aliquando in uarias cogitationes uenimus: quid de cætera licet Roma suspicari: quũ treis
illos montes: qui primi et soli in prima urbe ab Romulo compræhensi fuerint. Nunc si absint
ruinæ uidemus: pene ad eam deductos ædificiorum nuditatem: qua Roma nondum cõdita

Laurentium sylua
Aedes Libertatis

Claudia. et martia
aquæ

Mon^ria ś. sabinæ
ś. Bonifacii.
ś. Alexii.

Quid palatinus fuerit
Ecc^a ś. Nicolai

Aedes vani ducis

Aedes magnæ mris deũ

Megalesia Ludi
Apollinis templũ
Victoriæ

Locus palladii.

habuerunt. Fuit autem in ea parte palatii. quam septentriones uersus. i triumphalem Flauii constantini imperatoris arcum uergentem uidemus locus palladii: cuius mœnia extant ruinæ binas habentes pene integras ex marmore portas: facile superantes ædificii pulchritudinem cæteras omnes: quas uetusti: ac noui operis: Roma nunc habet. eoq; in murorum ambitu: quæ nunc uulgo pallaram corrupte. pro palladium appellant. ecclesia con cluditur sancti Alexandra Andreæ de Pallara. i quæ quidem parua: sed ornata: sepulchram ẽ lozmis pape eius nominis octauu. Cæteras palladii partes alto circundatas muro:

Ecc. s. andree i pallara

uinea implet prædium summi uiri Dominici capranicensis titulo sctæ crucis sanctæ Roma næ eccie pbri cardinalis: quem literis ornatissimu. prudentia et consilio altitudo: haut qua

quid sit palladium

quam minus: q cardinalatus dignitas celebrem reddunt. Id palladii uerbum: quid sibi uelit exponendum uidetur. Palladem poetæ dicunt Jouis fuisse filiam: sine matre: uti ut quum uideret Juppiter uxorem Junonem ee sterilem percusso sibi capite Palladem armata emiserit. vñ Lucanus li. ix. Hanc et Pallas amat. patrio quæ uertice nata ẽ. & ouidius Fastorum iii. An quid de capitis fertur sine matre paterni Vertice. cũ clypeo pfiluisse suo. Hanc eandẽ cicero de natura deorũ libro. inuentricẽ ac principẽ belli fuisse dixit. ob quod a nonnullis Bellona uocata ẽ soror. s. et auriga matris dicẽs statio. Regit atra Jugulis

Bellona

sanguined Bellona manu. longaq; fatigat cũspide: Hanc; torua oculis. et armis insignis ferrẽ longam hastam cum chrystalino clypeo: et pictum hic peplũ u poetis dicitur. qn et uirgo, fingitur: et innupta: Vt uero. æneadas secundo. Pars stupet innuptæ donum exitia le minerue. sed quum uirgini palladi: Pallas Gigas Titani filius: deorum immitissimus: et

Pallas tritonia.

sicut cicero uult eius pater uim inferre attentaret: eum illa peremit: a quo ut quidã asserũt Pallas et ipsa uocata ẽ. nam eadem primo tritonia uocabat: quia primitus circa Tritonis paludem cõspecta fuit. Alii aũt uolunt palladis uerbum a græco qd uibro latine interpretatur. hinc dictum: q hastas uibrare consueuerit: atq docuerit. Fuit etiã cognominata Minerua: quasi uim minetur: sicut apud ciceronẽ lib. ii. de natura deorum interpretatus ẽ Balbus: uel ut quidam uolunt. quia sit minuens neruos: eo q: qui optimis artibus uerum laborem impendunt. uires corporis mouere uidentur. Nam ipsa eadem sapientiæ dea: et omnium artium inuentrix dicit. eo q teste seruio. sup secũdam Vergilii ẽlogam de capite Jouis nata ẽ. et ouidius Fastorũ. iii. uult lanifices. fullones. textores: et alios artifices illi sacrificiũ facere his uestibus. Hanc cole: qui læsis maculas de uestibus aufers. Hanc cole uellentibus: quisquis ahena paras. Idem libro de sine titulo. Artifices in te uertit Minerua manus. Vergilius. iii. ẽloga. Pallas: quas condidit arces: Ipsa colat. Eius templum

Templũ palladis.

apud Mylesios teste Herodoto libro historiarũ primo: admirandũ fuit: qd ab Aliatte igne consumptum ẽ. et apud illos Pallas Assisia dicebat. a Pallade Palladium ẽ dictum: qd fuit in urbe Troiana antiquissimũ palladis signũ e ligno mouens oculos: et hastam. sicut dixit seruius super æneidos secũdum. Nam quũ apud Troiam in honorem palladis: arx: et in eius summo templum illi ædificaretur: e cælo cecidit: et locum sibi in eo templo statuit. nondũ cooperta æde. moxq ab apolline datum fuit oraculum, eius ciuitatis futurum excidiũ: si id simulacrũ extra mœnia portaretur. qd ouid. li. vi. fastorum eloquentissime persecutus ẽ. Vnde quũ tpre belli Troiani Vlysses: et Diomedes: cuniculis in arcem penetrassent: occisis custodibus simulacrũ abstulerunt. Hoc quũ postea teste seruio Diomedes hret: oraculo monitus troianis restituere uoluit. et transeunti ad italiam æneæ offerre conatus ẽ. Quem quum sacrificantem uellato capite comperisset: ne sacrificii ordinẽ peruerteret accepit Palladium Nautes quidã. vñ minerue sacra nõ Julia gens habuit: sed nautorum. Hinc Virgilius. lib. v. ait Vnum Tritonia Pallas: quæ docuit seruius aũt Grammaticus dicit quosdam scripsisse palladiũ a troianis tpre belli Mithridatici comptum: et a C. Imbria Romam delatũ quod ab unica tm sacerdote custodiri cõsuetũ fuit

vnde lucanus. Troianam soli: cui fas uidisse Mineruam Palladium aut Romæ in æde Vestæ fuisse ondit. Plinius li. vii. naturalis historiæ. Qui quum laudes summas. L. Metellæ suam iudicantes fœlicitatem enarrasset quæ nulli post Romam conditam cõtigerũt habdit. Hæc omnia abunde uno casu confutari possunt: qm̃ his Metellus orbam lumine bus exegit senectam amissis incendio: quum palladium raperet ex æde ueste memorabile causa. sed euentu misero. Quo fit ut infelix quidem dici non debeat: fœlix tamen ee non possit. et Infra. Tribuit ei. po. Romanus qd̃ nulli alij ab condito æuo: ut quotiens in senatũ iret curia uehereter ad curiam. maonum ei et sublime: sed pro oculis datum. De eodem Metello intellexit Iuuenal. i satyra. Da testem Romæ tam sanctum: q̃ fuit hospes numinis idæi: pro cedat uel Numa: uel qui seruauit trepidam flagranti exæde mineruam. Ham hospes numinis Idæi Scipio Hasica fuit: quem Pli. vii. naturalis historiæ: et nepos eius de uiris illustribus. quum adulescens eet omnium Romanorũ uirũ optimõ senatus et pplo iudicio laudatum fuisse credo scribunt. quare Idæam matrem Pessimunte uenientem, non mõ in urbem. uerũ á mari ad palatium detulit. Numam uero. quẽ Liuius li. primo ab urbe condita: secũdũ fuisse Romanorum regem é curibus sabinis natum Pompilii filium suo seculo. iustitia et religione clarissimum ondit: ouid Metamorphoseos. ii. Destinat imperio clarum prænunciá ueri Fama numam Tertus: Staq; que iuuenalis dicit seruasse Palladium ex ione fuit Metellus: de quo Iuuenal. in satyra. Credo pudicitiam. Dicite uos neptes Lepidi: Cæci ve metelli: Cæcati quum ex flagranti æde seruaret Palladiũ. quod celeberrimo postea in Palatu magni loco positum fuit. cuius ruinas: ut diximus conspicuas familia capranicensis ætate nostra possidet. Sed ut unde supra digressi sumus reuertamur: q̃ q̃ magna sit admirabilisq; mutatio quam Pallatino: auentino Capitolioq; montibus Roma fecisse dicimus: multas tñ: maioresq; tñ circa hominum uirtutem: ac mores: tum circa publicá: priuatamq; gubernationẽ mutationes fecit: quas nec huius tpis: nec propositi omittemus. Similiũ dũ montium nuditati ẽ singulis in partibus Romæ: quam nunc habemus: nimia operantium solicitudo: cuius oppositum perpulchre iuuenalis in Roma sui tpis ondit his uersibus. occurrit qui marmora donet Conferat impensis. hic nuda: et candida siona. Hic aliquid præclarũ euphranoris: et Polycleti. Fecasianorum ueterd ornamenta deorum. et Infra. Inde caput morbi rhedarum transitus arcto uiarum inflexu: et stantis. conuitia mandræ: Eripiunt somnũ druso: uitulisq; marinus. Item Infra. scinduntur tunicæ sartæ modo longo coruscat saraco uemente abies: atq; altera pinum Plaustra uehunt: nutant alte: populoq; minantur. Nam si procubuit: qui saxa Liouistica portat: Axis: et euersam fundit super agmina montem: Quid supereſt de corporibus: quis membra: quis ossa Inuenit? obtritum uulgi perit omne cadauer. De monte Cælio scribit libro primo. Cælius additur urbi mons: et quo frequentior habitaretur: eam sedem Tullius hostilius regiæ capit. ibiq; habitat. et Infra curiam fecit: hostiliam: quæ hostilia usq; ad patrum nrorum ætatem appellata ẽ. et adhuc infra. Albanos eum incoluisse montem: Suetonius uero scribit Vespasianum imperatorem templum diui claudii in monte cælio ædificasse. et Julius capitolinus in rebus gestis Tetrici tyranni. Tetricorum domus fuit in monte Cælio contra Lisium Metellinum. habent etiam. M. Ciceronis officia Libro iii. ubi uitia in uendendis ædiis inducanda ne sint disputat. Quum in arce auguria auoures acturi essent: iussissentq; Titum claudium Centumanum: qui ædes in monte Cælio habebat demoliri eas: quarum altitudo officeret auspiciis: emit calphurnius Lanatius. Fuerantq; eo in monte Fauni. Veneris. et turpitudinis: aliorũq; deorum ædes: aræ: et templa. et urbis descriptio: quam Sexti Rufi fuisse diximus credere: multa ponit publica in eo monte ædificia. Macellum magnũ. Lupanarios. Antrum Cecropis. Cohortesq; uigilum. castra peregrina. spoliarium: et armamentarium. De quibus quid habeamus compertum in posterioribus dicemus. Nunc uero nris christiani ritus ecclesiis: mons ipse in primis ẽ ornatus Nam eã in parte ad quam in palatinũ montem uergens

Mons Celius.

Faum. et Veneris ædes

De ecc^is montis Cœlii

De forma Antoniana.

clium scauri habet: hinc monasterium ē bti Gregorii in paternis ædibus ab eo ædificatū. Inde est sanctorum Ioannis et Pauli ecc^a. cuius superbi olim ædificii palatio: quod ex Romanis pontificib⁹ habitarint nonnulli. et nunc pene funditus diruto continet curiæ hostiliæ fundamenta. Medio aūt eius in montis dorso: binæ aquæductus formæ superbissimi sumptuosissimiq; operis ēt nunc extant: quarum unam cubitales literæ Caracallæ antonini: qua in capitolium perduxit: Alteram á claudio in aventinum perductam titulī eius imperatoris inciſi tabula: quæ iuxta Lateranense xenodochium cernitur fuisse ōndunt. quanq; ueteres illas fuisse credimus formas á claudio Antonioq; instauratas. Claudiam uero cum maiori ex parte corruisset: Hadrianus Papa eius nominis primus anno nunc sexcentesimo octogesimo instauraut. sunt ad ipsas formas extructas hospitale quod dicitur saluatoris: et ecclesia

Claudia forma restituta ab Hadriano

Hosp.^lo s. saluatoris

sancte Maria in Dominica: breui ut apparet: ruitura. Alteraq; ecclesia sancti stephani rotunda de ipso monte cœlio coonomen habens: quam tecto nunc carentem marmoreis columnis: et crustatis uarii coloris: marmore: parietibus: musiuoq; opere inter primas urbis ecclesias ornatissimam fuisse iudicamus: eaq; in Fauni æde prius fundata fuit. simplicius primus papa aut extrixit: aut qd magis credimus exornauit. Cernitur nūc integra ad eius montis sinistram sanctorum quatuor coronatorum ecc^a: quam Honorius primus Papa Romanus in castris peregrinis á fundamentis extruxit. sed quū postea ad annum christi octuagesimum quintum supra Millesimum ab Henrico secundo Imperatore Theodorico destructa fuisset: Paschasius secundus papa eam instauratam palatio: quod nunc cernitur: insigni decorauit. & sancti Erasmi Monasterium: quod in forma antoniana cernitur Adeodati primi page opus fuit. Proximum noui operis in monte cœlio é xenodochiū lateranense: quod Romanorū ciuium cura: impensaq; ædificatū hospitalitatem seruat. Ventum ē ad uenerabilem ecc^am Lateranensem: capitibus apostolorum: quæ seruat: cæteraq; sanctimonia: et basilicæ: ædiumq; superbissimarum structura toto orbe celeberrimam. ipsa ædes q; á Flauio Costantino data fuit beto syluestro pontifici Constantiniana basilica est appellata. Ideo Lateranensisq; dicta q; Lateranensium nobilissimæ gentis illa fuerint palatia. Iulius namq; Capitolinus. de M. Antonino Aurelio dicit. educatus ē in eo loco in quo natus: in domo aui sui iuxta ædes Laterani. et Beatus Hieronymus ad Marcellam quis credat mulierem nobilem et potentem: in domibus Lateranis qui Neroniano truncatus ē oladio publice poenitentiam egisse: credimusq; illū fuisse: de quo Cornelius Tacitus i hæc uerba scribit. Suetonio Cæsonio: et Flaucio laterano mors remittitur. et paulo infra. Proximā necem Plancii Laterani cōsulis designati Nero adiunxit: adeo propere: ut non amplecti liberos non illud breue moræ arbitrium permitteret. Ita sicut Romanorū pontificum primaria ē sedes sic ab eorum plurimis olim habitata fuit. Nuper uero palatia tanto principatu dignissima: quibus circundata fuit basilica maiori ex parte corruerant: breui nullum alicubi passura habitatorem. sed tu eugeni Beatissime pater aulæ uestigia primum deinde alias circa partes magno instauratas impendio perficere peregisti. monasteriūq; magni: ac ut in ætate mea insani operis addidisti: cuius fundamenta quum in uineis altius effoderentur: quantum ibi olim fuerit operum magnificentia ōnderunt: quandoquidē octenos denosq; pedes sub uinea et horto defossa tellus aperuit fornices: cameras pauimenta: et iacentes diuersi coloris columnas excectasq; ex marmore tabulas: ingeniosiq; operis statuas: et alia: quæ non modo ætate mea sed multis ante seculis excitata, cæteris in Italiæ urbibus superant ædificia. Visituriq; i cælio monte: portam inter, nūc ductam maiorem: quā diximus olim fuisse Neuiam: et amphitheatrū semidirutum: qd statilii Tauri maiores appellauerunt sanctæ crucis i Hierusalem ecc^a Helenæ Constantini Flauii genitricis opus. Coniunctūq; est monasterii qd cartusiensib⁹ nunc incolitur. Nam ecclesiam in palatio sessoriano ædificatam scribit in Romanorū pontificum reb⁹ gestis: Petrus lateranēsis ecc^æ bibliothecarius: et alios scriptores affirmare

Ecc^a. s. quatuor coronatorum.

Mon^m. s. erasmi

xenodochiū siue hosp.^lo lateranēn

Ecc^a Laterani.

ædificata ad lateranū Eugenii pp

Amphitheatrū statilii Tauri

Ecc^a s. Cruce.

uidemus. Veneris et cupidinis templa simul eo in loco fuisse conuncta. Exquiliarum deinceps
Tuē strocmus ædificia. Exquilias ēe montes duos ex M. Varrone ostendemus. Celebrior tñ
pars fuit: quæ á foro Traiani: et Tumbas: quas nunc comitum et militiæ appellamus: incipi-
ens per montem: cui caballo nunc ē appellatio ad thermas Dioclitiani protenditur: desinit
ad portam olim exquilinam: nunc sancti Laurentij: aut taurinam. Ab Dioclitiani uero
thermis continuat alia exquiliarum pars per montem: qui nunc hꝫ celeberrimam sanctæ Ma-
riæ maioris basilicam: protenditur per sancti Antonij, sanctæ Praxedis: sancti Viti in Macel
lo. sancti eusebij ecclesiarū fines. ad ipsa. C. Marij trophæa: quousq; Lauicanam offendit
uiam: quæ ab amphitheato: siue ut nunc dicit Colosseo incipiens: et ad sanctorū quatuor mar-
tyrum: clementisq; : ac petri et Marcellini ecclesias cōtinuans: prius q̄ Neuiam olim: nunc
maiorem attingat portam. Celium mōtem dirimit ab ipsis exquilijs. nec tñ mons: qui secūdum
eam uiam hinc ad sanctorum quadraginta martyrū: et clementis: inde ad uincula petri: et Mar-
tini in montibus ꝓducitur. ad. C. Marij trophæa in exquiliarū parte adnumeratus ē. sed primū
habuit Carinarū nomen. Esset nobis nunc institutum, supra montem Seculurū: ad exqui-
liæ: uel uetusti: uel noui operis ædificiorum hēant explicandum, sed q̄ nonnullos fore non
ambigimus: qui aliam exquiliarum designatiōis: q̄ mām auctoritate exquirant: Duos: qui sunt ex
uniuersa urbe reliqui colles ōndimus: quorū descriptio certissimas ōndet exquilias. Videmus
á M. Varrone: et T. Liuio Capitolium. Auentinum. Palatinum. Celiū. et Janiculū montes partim
in primā urbem cōclusos: partim á regibus additos. Scribit uero Liuius libro primo. seruiū regem
quū amplificandæ urbi animum adiecisset: addidisse duos colles; quirinalem: viminalēq; Inde
deinceps auxisse exquilias: ibiq; ipsum: ut loco dignitas fieret: habitasse: aggere: fossis: et muro
circumdedisse urbem. Quum ergo quirinalem collem satis supra onderimus illum ec: qui á por-
ta flumentana: nunc populi ad collinam usq; : nūc salariá pertinet: constare ē necesse Vimina-
lem: qui simul cū illo additus urbi fuit: conunctum fuisse. et sic collis: qui post sanctū susan
nam: secundum hortos salustij protenditur: et viminalis fuit. et portæ: in quá desinebat, nunc
partim Dominæ: partim sanctæ agnetis: partim Namentanæ viminalē dedit appellationē. Con
sequensq; et necessariū fiet: ut postquá seruius quirinali: et viminali addito deinceps auxit
exquilias coeperit bifurcatum: qui ad Celium interiacebat montem: nec illi alij: q̄ duo exqui-
liarum montes ēē ullatenus potuerunt. Interiacentes uero bifurcatas sicut diximus exquilias
monticulus: in cuius parte sancti Laureti in panis perna monasterium uisitur: subburræ uocabu lo
cōmūnēfus fuit. nec uero nos fugit descriptos supra mōtes adeo ītēr se alicubi cōtinuatos ut
nec ab intentius inspiciente: nunc eorū diuisio secerni: nec satis intelligi possit. quā obrē uelim
mecum peritiores cōsiderent tales eiusmodi cōtinuationis mōtium causas fuisse: a quibus urbē
Romā supra illorū: qui ipsas ignorant causas: fidē obstupendā: admirabilēq; fuisse. Primū quia
quirinalem collem: ad portam usq; olim flumentanā: uel Flāmineam: quæ nunc populi dī protendi
diximus. nos ita corrigimus: ut collis: quē quirites appellari quirinalē fecerunt tumulū fateamur a
Tarquinio prisco additum: de quo Plinius Libro. iii. describens inquit. Clauditur Roma ab orien
te aggere Tarquini superbi: inter prima opera mirabilia. nāq; eius muris æquauit: qua maxime pate-
bat aditu plano. estq; is tumulus: quem monasterio nūc sanctæ Mariæ ī populo supeminentē ad
Pinciani usq; palatij fundamenta protendi uidemus. Quē admodū uero quirinalis uoc: qui omni
um urbis montiū parte una caput erat: aggere ille mirabili: ac insano opere ē additus. ut cōualles
ruinaq; : quibus alij dirimebant montes tractis fornicibus sunt æquati: et nedum riuis ipsis: et depressis
locis superimposita sunt amplissimi fornices: amplioribus postea ædificijs onerata: sed ipsis ēt montiū
uisceribus excauatis: q̄ fossisq; tota pene urbs pensilis ē facta. Sicut enim Liuij. ii. ab urbe cōdita
Libro hæc uerba. Tarquinius foros in circo faciendo: et cloacam: quæ maxima receptaculum

Cartusienses
Veneris et Cupidinis templa

Exquiliæ mōtes. ii.

quadraginta

Carinæ

Quirinalis. et Viminalis

Suburra quid.

3. Laurentius ī panis perna

Montes q̄r secerni nō q̄an

Quid aggere Tarqni

purgamentorum omnium urbis sub terram agendam: quibus operib⁹ uix noua hæc magnificentia quicquam adæquare potuit. & plinius lib. xxxvi. Præterea cloacas operum omnium ductu maximum suffossis montibus: atq; ut paulo ante retulimus: urbe pensili: subtusq; nauigata. Id M. Agrippa fecit in ædilitate post consulatum corriuatis sæpe amnibus cursu præcipiti torrentum modo radere: atq; auferre omnia coactis.

Quid in exquiliis fuit.

sed iam montis exquiliarū. qui rinalis. et viminalis collium ac carinarum: et suburræ monticulorum uetusta: ac noua describamus ædificia: futurum consisi: ut pridem nobis: sicut et multis ēe uidemus obscurā clarissimorū olim locorum notitiam nō parua ex parte ante oculos ponamus. Iam exquiliarum partem: quam ad turres comitum: militiarūq; diximus incohare nunc omittemus: & ad fori Traiani: cuius pars fuerit descriptionem ipsam reseruabimus. Prima eius montis ædificia: quarum ad dexteram maxime cernuntur ruinæ Corneliorum

Cornelioru dom⁹ ubi

gentis domus fuerant nec facile tota in domo urbe cuiusquam priuati uiri: aut alterius familiæ domus tam certa cognosci: Retinet priscum nomen uicus Cornelioru dictus. retinent ruinæ quas uulgo Cornelioru thermas appellant: et ingentia quoq; ædificia thermas nunc ab Imperitis appellari fecit magnitudo thermarum Antonini: et Diocletiani imperatorū: de quibus suo loco diffuse dicemus. Visuntur ea in Cornelioru uia ad sinistram statuæ ingentes duæ colossææ senum seminudorū: qui cum reliquo iacent corpore pectus adstrato: caputq; brachiorū altero sustentat altero cornucopiæ muniuntur. eas saturni Bacchiq; statuas fuisse Apollodorus quidam: qui Romā anno ante centesimū descripsit: affirmat: additq; proximis in ruinis: quorū frontispitium nō olim corruit: eorū deorum Fasta fuisse. Proximo: ac pene cōtiguo loco sunt lapides caballi praxitelis unus: alter phidiæ: ut titulu indicant opera sane tantis opificibus digna q̄ nullus ante actis seculis inuentus ē: qui nedum ea magnitudine omnem uiuentiū formā superante: sed uel minima aut mediocri statura equū simile: uel saxo excidere: uel æramento fudere: aut cudere nouerit. Tiridatis eos regis Armeniorū fuisse sexti Rufi descriptio innuit. Fuitq; is Tiridates rex: quem ut Romā ueniret Nero ante excipet: theatrum Pompeii uni⁹ diei opa totū induxisse Cornelius Tacitus: et Plinius sunt auctores. et quidem praxitelis et phidiæ opera multas statuas: multa signa Romā a multis: et ab ipso Tiridate: ex Asia: Græciaq; fuisse aducta Plinius sæpe ac diffuse scribit. Eadem in exquiliarum parte: qua ex eo monte prospectus ē in depressam urbis partem hortorum Mecoenatis uisunt reliquiæ: adeo etiam nunc superbæ: ut cætera: quæ ubiq; habet Italia noui operis superent ædificia: ut nō Immerito Horatius Mecoenatē in odis redarguerit q̄ nimis sumptuosus eēt in ædificando: maxime quū eēt senex: suntq; hi uersus. non ebur: neq; aurum mea renidet i domo: Lacunar: non trabes himetiæ præmunt Columnas ultima recisas africa. et in eadem oda. Iu secanda marmore locas sub ipsū funus et sepulchri immemor: strius domos. In alia aūt oda. Molem propinquam nubibus arduis omitte mirari beate. extataq; pene integra puppis turris: ex qua Suetonius Tranquillus Neronem scribit spectasse urbis incendiū: et in scænico habitu decantasse. quam turrim uulgo nunc uerbo: ut fermo: i omnibus multarū syllabarū nominibus assolet syncopato mesam q̄ Mecoenaciana appellant. sic ut pontem miluium pari corruptela molem dicūt. nec est in ea regione femela: quæ quid fuerint illæ inoentes ruinæ interrogata: non dicant eam fuisse turrim: ex qua Nero crudelis urbem incendio flagrantem ridens: oqa densq; spectauit. cernere nec est ~~in ea regione~~ alius. in Roma locus: ē quo tota urbs sub aspectu ueniat Incolit ea hortorum mecoenatis ædificia: et quantum opes suppetunt instaurat alteri mī seculi Mecoenas summæ humanitatis: Liberalitatisq; uir: et studiorum: humanitatisq; apprime doctus: cultorūq; amantissimus Prosper Columnien⁹is. sanctæ R.o. ec. Cardinalis: adeoq; purgando: et Instaurando illis in ædib⁹ profecit: ut subiectæ montis exquiliarū radicibus arēæ: et incipientis ab ea in summam ædium partem ascensus pauimenta marmorea sutura

Caballi. opera. s. praxitelis et phidiæ

Horti Mecoenaciani

Turris mecoenatis

coloris texellis compacta uisantur. et ab omnibus quotquot Romanā curiam aut inhabitant: aut aduentant uiris ingenio: doctrina: et uirtute p̄dictis: summa cum delectatione calcentur. nec mouet quenq̄: cui Romanarū rerū monumenta minus sint familiaria: quod diximus hortos tam superbis ædificiis ee ornatos. Quod ēim Plinius quasi indignanter Libro xix. scribit. quum priꝰ horti agri pauperis esse consueuissent: Romani hortorum nomine: tunc in ipsa urbe delicias: agros: uillasq̄ possidebant: ibiq̄ non solum in Mecoenatianis: sed in sallustianis: seruilianisq̄ hortis apparet quibus pauca in urbe Roma pars magnitudinis ædificii fuisse uidemus. Habuit tertium ista exquiliarum pars maximūq̄ ornamentum: quod inter cornelioru: et Mecoenatis domos Virgilium poetam Mantuanum habitasse constat. scribit ei Donatus Grammaticus in illius uita. Habuit domum Romæ in exquiliis iuxta hortos Mecoenatis. q̄q̄ secessu campaniæ: et siciliæ plurimum delectaretur. contraq̄ ad eum: qui sequitur: ut coniicio locū infamia duo monumenta exquiliæ habuerunt. Malæ fortunæ fanum: de quo Plinius Lib. ii. scribit: et sceleratum uicum: quem qui Liuium p̄mo libro accurate perleget: sub eadē exquiliarū parte: et ubi nunc Iuturnæ corruptæ dicta triuii regio incipit: intelleget fuisse. Prius uero q̄ urbs Roma luxum haberet quem imperatores urbem triumphantes intexerūt: ornatæ fuerunt exquiliæ rusticis turris teram egregie: ac summa cū illius tp̄is laude colentibus. Nam Plinius quum li. xix. dixisset: aorum malle colere censorū p̄brū iudicabat: atq̄ ut refert Cato: quū uirū bonū colonūq̄ dixisset, amplissime laudasse se existimabāt: inferius addit. rusticæ tribus laudatissimę eorū: qui rure habitabant. Itaq̄ quatuor solæ erant a partibus urbis: quas habitabant dictæ. suburrana. palatina. collina. exquilina. sed q̄ primum coepere iuri triumphales: aut ipsi imperatores: insanæ molis extruxere ædificia: quorum nūc ruinas tantopē admiramur: cesserunt coloni: et in agros suburbanosq̄ delati: alteram pene Romā: quæ eet extra mœnia in circuitu cōstraxere. od ēim in Horatorum Mecoenatis descriptione supra dicere omisimus: quū Horatius in odis multis uerbis dissuadere conatus eet mecoenati: ne tam insanas domorū extructiones faceret: addit hos uersus quid q̄ usq̄ proximos reuellis agri terminos: et ultra limitem clientium salis: auarus. pellitus paternos in sinu ferens deos: et uxor: et uir: sordidosq̄ natos. quam multos etiam in agros suburbanosq̄ compulisse credimus siue honestos natos loco: siue plebeios et rusticos. Diocletianum imperatore ut thermas in exquiliis ædificaret: et quas nunc barbari uictores irati: nec uetustas: nec improba manus eorum: qui lapides: ac marmora in alias sordidissimas extructiones asportarunt: ita per annos mille: et supra centum triginta post Romani imperii inclinationem demoliri potuerūt: ut nō admirabile etiam nunc extet ædificiū: et tale: cui quatuor simul maiora: quæ nūc habeat alibi Italia principum uirorū palatia magnitudine: et operis sumptuositate nullatenus æquiperanda sint. nec satis tn̄ scimus: si Tribellius Pollio recte opinatus erit: qui i triginta tyrannorum gestis rebus de Pisone scribit quadrigas eius cū statuis ex marmore fuisse: ubi postea Diocletiani thermæ sunt ædificatę. tam æterm: q̄ sacrati nōis. Ipsis in Diocletiani thermis ecc^a nunc pene destructa sancti Cyriaci: quæ cardinalatus e titulus. fuitq̄ a principio in ipsarū thermarum ædificatione. quū maximinus a Diocletiano Cæsar dictus festū christianus diem celebrari uidisset: quæstionibus subiectos: et idola spernentes occidit. Sed ducenda de thermis: quæ multa sunt in hunc librum congerere nimis fuerit. Igr ea in aliud uolumen ducimus referuanda.

Habitauit Virgilius in exquiliis:

Malæ fortunæ Fanum

Vicus sceleratus

Diocletiani thermæ

ecc^a. s Cyriaci.

Flauii Blondi Forliuiensis Romæ instauratæ Liber secūdus. De Thermis i genere.

Thermas in urbe duodecim fuisse: compertum habemus. Agrippinas. Neronianas. Titi Vespasiani. Domitianas. Antonianas. Alexandrinas. Gordianas. Seuerianas. Dioclitianas. Aurelianas. Constantinianas. et Nouatianas. quarum loca proposse indicabimus: quū alia prius de earū institutoīs ratione fuerint explicata. Primū Thermæ uerbū a græco: qđ calidum significat tractu habent. Vnde

xii. thermæ Urbis

qui eum non optat euadere. actus detestabilis. certamen infelix: cum fera uelle cõtendere quas fortiores se non dubitat inuenire. sola ē uoluptas in fallendo præsumptio. unicum in deceptione solatium: qui si feram nõ mereatur euadere effugere: interdum nec sepulturam mereatur inuenire. adhuc superstite homine pit corpus: et ante cadauer efficiat: truculẽter absumit. captus sit esca hosti suo: et illum ph dolor faciat: quem se perimere posse festinat. spectaculum aut fabricis clarum: sed actione deterrimũ in honore scythicæ Dianæ reperium: quæ sanguinis effusione gaudebat. ô miseræ deceptionis errorẽ illam desiderasse colere: quæ morte hõis placabat. Primũ sibi per lucos: et syluas agrestiũ pastorum uota. ue nationib) dedicatam hanc triplicem deam falsa imaginatæ finxerunt. Ipsam in cælo lunã ipsam in syluis Dianã: ipsam apud inferos Proserpinã eam firmãtes. Sed solum herebi potẽtem nõ improbe forsan existimarũt: q̃ tali falsitate decepti, in profundas herebi tenebras cum suis erroribꝫ intrauerunt. Hunc ludum crudelem. sanguinariã uoluptatẽ: impiã religionem: humanã aut ita dixerim) feritatẽ athenienses primũ ad ciuitatis suæ inducere cultũrã, in statia permittente dũtaxat diuina: ut ad derisionẽ spectaculi ueniret: q̃d pro falso rel eronis ambitu inuenissent. Hoc Titi potẽtia principis diuitiæ, ipso flumine coercẽte fecerãt ædificiũ sfieri: ũn caput urbiũ patuisset: et quũ theatrum: q̃d ẽ hemisperiũ græce dicat: amphitheatrum q̃ in unã undiq; duo uisoria recte cõstat ẽe nõiatum: q̃ species eius harenã cõcluderet ut et currentibꝫ aptũ daret spatiũ: et spectantes oĩa facilius uiderent: dũ quæda prolixa rotunditas uniuersa colligerat. Iam ergo ad talia: quæ refugere deberet humanitas. Primus ergo fragili ligno cõfisus currit ad ora belluarũ: et illud: q̃d cupit euadere: malo impetu uidet appetere. Pari in se cursu festinant et prædator et præda: nec aliter tutus ẽe potest nisi hunc: q̃ uitare cupit: occurrerit. Tunc in aerem saltu corpore eleuato: q̃ uestes leuissimæ supinata membra iacuãt: et quam arcus corporeus sup bellum libratus dum moras discedendi facit: subipso uelocitas ferina discedit. Sic accidit: ut ille possit mitti or uideri: qui obtutur alludi. alter anguis in quadrifaria mũdi distributõe compositus notabili facilitate pfumens: nõ discedendo fugit: nõ se longius faciendo descendit. sequit insequentẽ. parietibꝫ se reddens proximũ: ut ora uideat ursorũ. Ille ĩ tenuem anguium suspensus inuitat exitiale feram: et nisi pernicitatis fuerit: nil unde uiuere possit accipit. Alter se oestabili muro cannarũ contra sæuissimum aĩal ericii exemplo receptatus: includit: q̃d subito in terroũ suũ refugiens: intra se collectus abscondit. et quũ nusquã discesserit. eius corpusculum nõ uidetur. Nã sicut ille ueniente cõtrario reuolutus in speram: naturalibꝫ defensat armis: sic iste cõsutili crate pcinctus minutior redditur fragilitate cannarum. Alii cribꝫ (ut ita dixerim) dispositis hostiolis patratã in se rabiẽ pudere pfumũt in patenti area cancellosis se postibus occultantes: nõ facies, nõ terga monstrantes: ut miriũ sit euadere: quos ita respicatis per leonũ ungues: dentes q; uolitare. Alter labenti rota feris offertur: eadem alter eripitur: ut a periculis auferat. Sic hæc mundana ad infidi mundi formatã qualitatem ipsos sese resouet. illos timore discutit: oribꝫ tũ uicissim: ut decipere possit arridet. Longũ est per tot periculoru casus sermonibꝫ euagari. sed aptẽ iungendum ẽ. quod ait de inferis Mantuanus. Quisceleru cõprendere formas quis oia pœnarum percurrere nomĩa possit. Sed uos quibꝫ necesse ẽ: talia pius exhibere: lotata manu fundite pmia: ut hæc miseris facilia ẽe uotua. Nequam q̃d male auari homines i amphitheatrio cũ bestiis pugnaturi scio publice accipiebant: sed multi capite damnati: et plurimi in bellis capti: illic cũ feris pugnãdo morte oppetere cogebantur. et de damnatis quidem duobꝫ q; dũ ad id certamen portarent mortẽ sibi prius cõscierint, seneca ẽ testis. Claudius aut imperator pacatis ægyptiis: quũ militũ nõ parua manus ob affluentiã opum rebellasset: partem illorũ superatorũ occidit. partẽ Romam misit: cum bestiis pugnaturos. Iulius capitolinus hanc Romani po. crudelitatem

bonestare uolens: in Rupreni Balbini gestis rebus sic scribit. Vñ aūt tractū sit: ut profiscentes ad bellū impatores munus gladiatorū darent. Et uenatus breui dicēdū ē. Multi ap ueteres dicunt: hanc deuotionē factam cōtra hostes. ut no sanguine lutato specie puonaru sæuitores uim quādam fortunæ sacrarēt. Ipsos aūt ad bella Romanos debuisse puonas uidere: et uulnera: et ferru et nudas iter se cohortes: ne i bello armatos hostes timerēt: aūt uulnera et sanguinē horrerēt. Eius aūt sæuissimi instituti cā cōsueuerat ituri ad bella exhibere i spectaculis multa gladiatorū paria. et q quisq; ditior erat, eo plura exhibebat. sed cæsar Leoe sanciuit ep paria a quōq; prouinciæ sibi cōmissæ magistratu ne deberet exhibere. Habuisse aūt aliqn amphitheatrū mutiones spectacula sine cōstat. ep Domitianū impatorē scribit Sueton⁹ edidisse, Lucos et spectacula ratib; i amphitheatro aquis: quātum oportuit inundato. De his: quæ ad amphitheatrū spectāt: uel totum uel eius partem: quæ uti ut tenemus, sub noīe Colossei. harena quare his locus sit dictus: nullo i loco inuenimus. Vñ conijcimus exactu uocabulū habuisse. eo nanq; i cauea loco: honestissima palestræ certamina edebant. eratq; sparsum solo sabulū: in quod cernentes sine læsione caderet: et nudati: perunctis membra puoriles: ut solidiores euicissim præberent amplexus eo puluere pfundebant. Indicat id. plin. Li. xxxv. de puluerū uarietatib; tractans. cuius sunt hæc uerba. nō multū a puluere puteolano dissimat a mari harena tenuissima sui parte necad sustinenda mana: fluctus q frangendos. sed ad deliciandā corpora palestræ studijs: inde certe Lacrobio Heronis principis liberto aduehebat. quin et Leonato: et Tratero: ac Meleagro Alexandri magni ducib; sabulū hoc portari cū reliquis militarib; commeatus reperio.

Harenæ munerum impensam abutroq; ordine. senatorio. s. et equestri: collatis i capita nūmis fieri solitum: innuit Sueton⁹ in uita Tyberii impatoris: cuius hæc sunt uerba. ex iuuentute utriusq; ordinis pflagratissimus quisq;: quo minus in scæna harenaq; edenda senatus cōsulto tenerent famosi iudicii notā sponte subibāt. Meminit Harenæ Helius Lampridius: in uita cōmodi Antonini his uerbis. Amazonius aut uocatus ē ex amore cōcubinæ suæ Martiæ quam picta in amazone diligebat. quapp et ipse in amazonico habitu in harena Romana pcedere uoluit. Decem circos describere aggrediamur: eos in urbe tres fuisse. Maximū Flaminiū et Neronis. nec plures cōstat. De eo: qui Neronis ē dictus: pauca scribit Plinius: ubi de tertio obelisco tractat: qui erat i ēq nunc in Vaticano. Illum ei dicit fuisse in Neronis circo sicut supra de obeliscis tractantes diximus: Circū qui postea maximus ē appellatus: a Tarquinio Prisco ædificatum fuisse scribit Liuius i primo his uerbis. Tum primū Circo. nunc maximus designatus ē locus. Diuisa loca patrib; equitib;q; urbis: ut spectacula sibi suisq; facerēt. Fori appellati. Eosdem aūt foros opus i maximū: de quo Ro. pplis spectaret: quæ in Circo munera ædebant: Tarquinio cui suppo fuit cognomē extruxisse. Liuius in primo ibē sic scribit. Foros in circo faciendos: cloacaq; maximā: receptaculū omniū purgamentoq; urbis subterram agendā. quib; duob; operib;: uix noua hæc magnificentia quicq; adæquare potuit. sed ad quid is circus fuit a principio instauratus. ondit supiori loco Liuius: posquā diuisa loca patrib; equitib;q; urbis: ut spectacula sibi suisq; facerēt. Continuat ei. spectauere foros furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentib; pedes ludricū fuit. equi pueriq; ex etruria maxime accīti solemnes. deinde armati mānere. Ludi Romani magnici magis q ludi appellati. De circo aliqua hē Cassiodorus: quæ duximus in serenda. Circus a circuitu dr. Circenses qi circuenses: ppea: q apud antiquitatē rudemq; ne dū spectacula i ornatu eduxerat fabricarū inter eius qt de amina locis utrentib; agebant. Nec illud putet irritū ipi metarū circuitus quo de ereptionib; exigit: qn actus ipse multis superstitionib; oranti deo qui exemplo geniturū se aliqua pfiteat. et ideo datur intelligi dolutates: alios iconstantissimos inde mores nasci: quos ciuium moribus aptarent. Cætera circi maximi longe e

Ludi gladiatorij.

Nauale machia i theatro

Harena ad quid.

De Circis.

De Circo Neronis

De Circo maximo

Quid fori

Circus Circenses

sermone decurrere dum omnia uideantur ad causas singulas pertinere. Hoc tm dicimus oi
mode stupendum q illic supra cætera spectabilia seruor animorum mconsulta, oraulitate
rapiat. transit prassinus. pars populi moeret procedit uentus: et potior turbā ciuitatis
affligit. nihil profitentes furiosenter insultant. nihil patientes grauiter uulnerant. et ad
inanes coortationes sic descenditur: tanq de statu cōditionis patriæ laboretur. Eo in cir
co Carcēs locum: in quo equi et biogæ et quadrigæ cursu decertaturæ cōtinentur fuisse
ædificatos: quo anno Truernum a Romanis obsidebatur. scribit Liuius in xiii. obseruatū
aūt fuisse honoissimis postea tpribus: ut hi ludi in circo maximo fierent multis legimus in
locis. Suetonius in uita cæsaris. Circensib; spatio circi ab utraq; parte producto: et in q̄rū
euripo addito: quadrigas bigasq; et equos desultores dortauerint nobilissimi iuuenes troia
ni. Fuit turma duplex: et maiorū: et minorū puerorū. Huius ludi originem verolius in x.
sic describit. hinc more sacrorum: atq; hæc certamina primus Ascanius honorem muris qui
cingeret albam Rettulit: et priscos docuit celebrare latinos. quo puer ipse modo secum quo
Troia pubes Albani docuere suos. hinc maxima porro accepit Roma: et patriū seruauit
honorem. Troiaq; nunc Ludus Troianū dicit agmen. et tn aliter uidet asserere Cornelius
Tacitus. cuius sunt hæc uerba. eaq; offensio altius penetrabat quia Ide Trasea Patauii: an
de ortus erat. Iudis cetasius a Troiano antenore institutis habitu tragico cecinerat. Sue
tonius uero in uita octauij augusti: in Circo aurigas: cursoresq; et cōfectores belluarū, et
unumquēq; ex nobilissima iuuentute produxit: sed et Troiæ Ludū edidit frequentissimū:
maiorū: minorūq; puerorū prisci decoris morisq; existimans claræ stirpis indolē sic
notescere. et In Calicula Suetonius. ediditq; circenses plurimos a mane usq; ad nes pas
interiecta more aphricanorū uenatione modo troiæ decursione: et quosdam pcipuos
minio et chrysocolla constrato circo: nec ullis nisi ex senatorio ordine auriganti. Clau
dū et imperatoris gesta describens: Tranquillus Circenses frequenter et in uaticano somi sit.
non nunquā interiecta etiā per quinos missas uenatōe. Circo Nero maximo marmo
reis carceribus aureatisq; metis: quæ utriq; et tophina et lignea ante fuerāt exculta ppa
senatoriā cōstituit locā. pmisitq; spectare solutis: ac sup quadrigarū certamina Troiæ lu
dū exhibuit. Circi maximi locus et si omni ædificiorū ornatu ammodo denudatus ē: et in
hortos mutatus optimis abundat olerib; tn retinet nomen. sub ripis pallatij maioris
et si forte aliquis addubitauerit: edocet locū Cornelius Tacitus. ubi incendiū illud descri
bens: quo Neronis temporib; urbs Roma pene tota cōflagrauit: sic scribit. Initiū in ea
parte circi ortum: quæ pallatino coelioq; montibus cōtigua ē. Habuit aūt Circus ma
ximus circa se præclarissima quæda ædificia. In primis aūt veneris: quā Liuius li. x.
dicit. Fabium Buteonem Consulis filiū aliquot matronis stupri damnatis oveo mulctati
tio ære extruxisse. et sicut Plinius lib. xxxv. scribit: ædes cereris ap Circū maximū
fuit. Liuius ipse in bello Macedonico scribit. ædem Iuuentutis in circo Maximo Licinū
duumuirum dedicasse. Ouid. uero scribit templū Mercurii spectasse Circū maximum.
Suntq; rursus ea in parte Fastorū: cuius est initiū Clare nepos Athlantis ubi ita sequitur.
Templa posuere patres spectantia circū. Idibus ex illo est tunc tibi festa dies. Habet etiā
ouidius in vi. Fastorū. Columnā breuem marmoream fuisse Circū: ad quam Romani ad bella
pfecturi hastam proficiebant: eā partem uersus: in quā ituri erāt. Suntq; hæc carmina.
Prospicit a tergo summā breuis area circū. est ibi nō parua parua columna notæ. hinc
solet hasta manu belli prouinciā mitti. In regem: et oēnte quum placet arma capi. erat
et altera in parte circi templū Herculis: in quod nec canes nec muscæ intrabāt. Quot sem
plū Sylla iussu sybillæ fecit. ouidii carmina. Altera pars circi custode sub Hercule
tuta ē. quod deus euboico carmine munus hz. si titulos quæris: Sylla probauit opus.

De carcere loco. et parte circi

Ludus Troianus

modo

Quid circus max.

Aedes veneris

Aedes cereris

ædes iuuentutis

Templū Mercurii

Columna. in circo.

Templū hercules intactū a canib; et muscis

Plinius aũt serio reddit causam: quare canes Herculis templũ nõ ingrediant. quã quia iucunda omittere noluimus. Dicat ẽi clauam Herculis: cum qua eo in templi loco cãcum occiderat: post primas eius templi ualuas fuisse locatã. cuius odore. et nõ immerito: absterrerent canes. nescio aũt an et muscæ ipsũ horruerint clauæ odorem. Circi Maximi. M. Varro hanc ponit originẽ. Circus Maximus dr: qui circum ædificatus ẽ Flaminium campũ: et qb ibiq; ludis taurꝰ equi circũ metas currũt. Liuius Li. iii. quũ hoc latam scribit. ne cui fraudi ẽet secessio ab decẽuiris facta: subiungit sic. Ea oĩa in pratis Flaminus cõcilio plebis acta: quæ nunc Circũ Flaminiũ appellant. Plinius aũt li. xxxv sic scribit. Inuenio a consulatu octauii: qui de Perseo reoe nauale triumphũ egit fa cta porticũ duplicẽ ad circũ Flaminiũ: quæ corinthia sit appellata á capitulis æreis columnarꝝ. Estq; is circus Flaminius: de quo supiori loco portã indicantes collinã dixi mus. Liuiũ scribere libro ultimo de bello Macedonico: quũ dicit ita abundasse Tyberim: ut ludi apollinares circo inundato extra portã collinam parati fuerint. De pratis aũt Flaminis sic habent item Luuius in tertio. Itaq; inde consules: ne criminatõi locus eẽt: in prata Flaminia: ubi nũc ædes Apollinis ẽ. iam tum Apollinarẽ uocat appellabãt: uocauere senatũ. De cursu aũt equorũ: quos Varro dicit in circo Flaminio ludis taureis circũ metas currere sic hꝫ Ouidius ad Fastorũ libri. ii. finẽ. Iamq; duæ restant notæ de mense secundo Marsq; citos iunpit curribus urget equos. exuero positũ permansit equoriã nomen. quæ deus in campo præstitit ipse suo. et M. Varro de equiriã sic habet: equiria ab equorũ cursu. eo ẽi die ludis currunt in campo Martio. De hoc cãssio: in epistola: cuius parte ulti mã supiore de Circensibus loco posuimus: postquã ad ludricũ: quo iunctis equis currebant curribꝰ multũ laudauit: subiunxit sic. Primũ hoc ap Elidem à sia ciuitate Enomaus ferꝰ edidisse: qd postea Romulus i raptu sabinorũ: necdũ fundatis ædificiis: ruraliter on tauit italiæ. Sed mundi dns ad potentiã suã opus extollens: mirãdam et Romanis fabri cã in uallem maximam tetendit augustus: ut immensa moles firmiter pcincta montib; cõtine retur. Ea uõ in epistola satis innuit Cassiodorus solitos ab augusti Mausoleo sex portis de mitti iunctos currus: qui per equuriã in Flaminiũ circũ currerent: ut constare credamus locũ cui nũc Agoni ẽ nomen circũ fuisse Flaminiũ. Nã si aliquis: qd nos aliq; fecimus posse mã montis citatorũ partẽ conscenderit: et oculo metiet: pfecto intelleget ab augusti sepulchro rectã fuisse uiam ædificiis nunc cõtectam: quæ duceret ad ecclesiã sanctæ in equuria appel latam. ab ipsa aũt ecc̃a in circũ Flaminiũ: nũc agonõ recta, breuis: et usu expeditissima nũc est uia. Nec dubitamus quin ea campi primo: et postea circi Flaminii cã factum sit. ut uia, quæ ab illis: ad Augusti monimẽta: et ad pximã olim Flumentanã nũc appella tã ppũ portã ducit dicta sit Flaminia. Vtrũ uero eadẽ rõne: et regio Italiæ: nũc Roman diola ad foro Cornelii nũc Imola ad pisaurũ: et uia oĩs ab ipso foro Cornelii usq; ad urbẽ Romã Flaminiũ hũerit cognomẽ incertũ est. hinc magis animar aio q; omniũ Flaminiæ urbiũ speciosissima Forũliuii nos genuit: aluitq; et forte nunc habitat in urbe Roma sub citatorũ monte: Flaminiã incolimus uiã. De mutatione nois circi Flaminii parum admirari debebunt: qui nouerint agonis uerbũ cõe ẽe cuilibet actioni: quocunq; in loco pu blice instituat: et in tanta: tamq; absurda olim appellationũ mutatione: quã facere fuit Romanæ urbis ædificia: hæc satis uidet tolerandã: quũ locus ipse. nodũ florente Roma multorũ ludorũ spectaculorumq; agonis habuit: sed mris q; tribus: si quis attente cõsidera uerit. ludorũ q; apollinariũ similitudinẽ reperiet. Quæ ẽt carnis priuii extrema Iouis die ipso i circo edunt spectacula: originẽ habuisse uidentꝰ ab apollinaribꝰ ludis: de qbꝰ Macro bius i saturnalibꝰ: sic scribit. bello punico hi ludi ex sybillinis libris primũ sunt insti tuti suadente Cornelio Russo decemuiro. et infra. Censuerunt patres apollini ludos iuenales

Circus Flaminius nunc agone

Prata Flaminia

Ædes apollinis

De equuria cassiodorus

Ab augusti mausoleo currebat in Agonem

origo uocabuli uiæ Flaminiæ.

Agonis spectacula mira ætatis

Ludi apolinares

nostro

faciendos q; ing; eam rem duodecim milia aeris ꝓtori: et duas hostias maiores dari decem uiris præceptum: ut græco ritu hisce hostiis sacrificiū facerent apollini: boue aurato: et capris duab) albis auratis. Laconæ boue fœmina aurata. Ludos in circo populus coronatus spectare iussus. Quā aūt ratione uel coniectura ducti affirmauerimus ēe ludorū apollinariū similitudinē: quæ nunc ēt: prædicto tempore seruatur libet ōnere. Vidimus ex Titi Liuii tertio senatum fuisse aduocatū in prata Flaminia: ubi postea fuit ædes apollinis. et ꝑā tum Apollinarem appellabant. Pandulfus aūt Lateranensis eccⁱᵉ hostiarius: qđ petrus omiserat bibliothecarius hī: Hadrianū primū Pontificem Romanū ædificasse sancti Apollinaris ecclesiam: ubi primus apollinis ædes fuit: qđ qdem nulla alia rōne factum ꝓdetur, celebri tunc ī urbe loco apollinaris: et loci et ædis appellatio d ritu oēntiliū celebris tractu temporis in sancti Apollinaris præsules Rauennatis memoriā uerteret. Sic in Panthæone proximo illi loco haud diu antea omniū idolorū: quibus id templū erat dedicatū cultus in omniū Christi domini martyrū memoriā fuerat mutatus. Iam tandem quartæ distributionis mīæ parti manū apponētes minutiora: et uarijs dispersa locis ōnere aggrediamur. Prima tñ erit Neronis domus: de qua Suetonius sic scribit. Domū a palatio ad esquilias fecit: quā primo transitoriam: mox īcendio absumptā restitutāq; atrea nō addidit: de cuius spatio: atq; cultu: suffecerit hæc retulisse. Vestibulū eius fuit: in q; colossus cētum uiginti pedū staret ipsius effigies: tanta laxitate: ut porticus triplices miliarias haberet. Item stagnū maris in stari circūseptum ædificijs ad urbium speciem. Rura mixta aruis: atq; uinetis: et pascuis syluisq; uaria cum multitudine oīs generis pecudū, ac ferarū. In cæteris partibus cuncta auro lita: distincta gemmis: unionūq; conchis. erāt coenationes laquearia tabulis eburneis uersatilib): ut flores fistulis: ut unguenta desuper spargerentur. Precipua coenationū rotunda: quæ perpetua die b) ac nocte b) uice mundi circūagerentur. balnea ex marinis: et albulis fluentes aquis. Eandem domū: quū absolutam dedicaret hactenus cōprobauit: ut diceret qb) hominē: tandem habitare coepisse. De ipsa itē domo Cornelius Tacitus: ubi incendiū Romæ describit: sic hī. Eo tpre Nero Antii agens: non ante in urbem reuersus e: q; domui qua Palatiū et Mecoenatis hortos cōtinuauerat, ꝓmiscuaret. neq; tñ sisti potuit: quin et palatium: et domus et cuncta circūhauirent. et Infra. Cæterum Nero natus ē, patriæ ruinis extruere domū: qua aut proinde oemnæ et aurum miraculo ēent solita: et luxu prudem: et luxu uastata: q; arua et stagna, et in modū solitudinum hinc syluæ: inde aperta spatia: et ꝑspectus. Tam in domū Neronem indulsisse ædem fortunæ: quæ ex lapide pheonide transluceno ædificata foribj claussis: claritatem diei intus hret. scribit Plini. in xxxvi. idemq; in xxxvii. dicit. In aureæ domus Neronis solarijs aues ex argento mirabili opere sculptas fuisse. ubi aūt fuerit porticus triplices miliariæ: ubi stagna: syluæ: et arua tenui possumus assequi cōiectura: q; illis in eisdem locis excelsa amplissima postmodū ædificata fuerūt ædificia. Hāq; id totū domus aureæ spatiū fuit ab ea parte palatij: quæ nunc monasterū sancti Gregorij e regione respicit, recte ueniendo ꝑ Constantini arcū triūphalem Colossi: et Traiani forum: quoūq; nūc domū Cardinalis columnæ: sub Mecoenatiana turre ꝓtingimus. Sicq; septizoniū arcum Constantini: amphitheatrū: et Titi Vespasiani thermas: Traianiq; forū diuersis postea tpribj diruta, domus aureæ solū: arua: syluasq; et stagna occupasse oportebit. Primū qui tantæ mutationi manū apposuerit fuisse uidemus Titū Vespasianū. de cuius occupatione Neronis stagnorū fidele supra posuimus Martialis testimoniū. Hic ubi conspicui Venerabilis amphitheatri Erigit moles: stagna Neronis erat. Vtrū aūt Titus Colossum qui in domus aureæ porticu erat intra amphitheatrū ædificando concluserit: postea illuc transtulerit: aut ꝑpetuum stare ꝓmiserit: incertū hēmus: q; tñ constat nobis id Colossum multis tpribus ad amphitheatrum fuisse: a quo uulgus totum eam molem posteā Colosseum appellauit. Helius

Ecc. ā. S. Apollinaris.

De domo Neronis.

Lapis pheonis diaphanus in æde Fortunæ

Domus neronis ubi

Colossus. a quo Colosseus.

Lampridius in Antonini Commodi uita scribit. Colossi dūt caput depressit: quod erat Neronis: et suum imposuit et titulū more solito subscripsit. Nosq caput Commodi nummismatibus noscentes: uidemus id æneum: et certe maximum caput: quod nunc ad lateranensem basilicā cernit fuisse illud: qd spurcissimus ipse Commodus flagitiosissimi Neronis capiti subrogauit. Secundus dūt Traianus fori extruxit: de quo Ammianus marcellinus lib. xvi sic hī: Verū quū ad Traiani forum uenisset: singulorem sub oī cælo structurā: ut opinamur: æternā moenium ascensione mirabilem: hærebat attonitus per gigānteos cōtextus circūferens mente: nec relatu effabiles: nec rursus mortalibus appetendos. omnīq; spe huiusmodi qcq conandi derecta: Traiani equū solū locatū in atrii medio: qui ipm principem uehit: imitari se uelle dicebat: et posse. cui pax astans Regalis ormismā: cuius ex persidę discessu supra mōstrauimus: rndit: ante stabulū tale tondas. Ex oībus uero: quæ insignis: tot tantorūq; ædificiorū structura habuit partib; unica extat integra coclis columna: boni: pstantissimiq; principis res gestas mirabili ope insculpta: ad cuius basim incisæ lræ ōnāunt terrenum collem qui eius turris altitudinē æquaret: ut area fieret plana: inde operib; effossum asportatūq; fuisse. In ei fori excelsus mirabilibusq; ruinis symachus primus papa ecclesias sancti Basilii: et ste sancti syluestri et Martini extruxit. Bonifacius aūt viii. tres turres: quæ nūc integræ extant: ad easdem ruinas ædificauit: quarū quæ media inde militiarū ē dicta turris: qꝫ cellis supædificata ē: in quib; Traiani principis milites cōtinebantur. Quod autem Traianus ipse imperatoris Neruæ a quo fuit adoptatus: memoriā cuperet cōseruari pdictā fori sui molem: Neruæ ipsius foro: atrioq; coniunxit in celsis quoru pinnea ad ea parte quæ in s. Hadriani ecclesiā ueroit: et ubi nunc uulgi corrupte la dicit arca Noe. Litteræ aūt extant cubitales neruæ titulos pferentes. Id uero Neruæ forum fuisse transitorii appellatū Helius spartianus in Alexandri seueri uita indicat his uerbis: Statuas laconas: uel pedestres: nudas uel equestres diuis imperatoribus in foro diui Neruæ: qd transitorium dicit locabat: oīb; cum titulis: et columnis æreis: quæ pedestrū ordinē cōtineret. Sed quare transitorium sit dictū id forum cōiicimus: qꝫ exeo ad alia ppinqua atq; cotigua forā transiret: ad magnum uidelicet Romanū: et Traiani forū: unde ecclesia: quæ ē sancti Hadriani qb Honorio primo pontifice Romano (prīb) Focæ imperatoris ædificata ī trib; foris á bī bibliothecario appellat: qpsius eccæ locum: ad dicta tria fora pertinuisse uideamus. Est eī ipsius sancti Hadriani eccæ ppinqua alia eccæ s. Martinellæ uulgo appellata: quæ fertur in martis templo fuisse ædificata. Sed qꝫ templum ibi mars habuerit ignoramus. et tñ uidemus ipsā in eccæ cohortem Romanā militū more ad instar hoīs figurā incisorū: cuius uexilliser Labrū pinsigni hī: quæ ornamēta nullū aliud magis q martis templū dicebant. et item eidem ppinqua loco statua ingens marmorea iacens: mars fori nūc uulgo appellat: quā periciores Romani probent Iouis panario fuisse dicatā argumentaq; afferunt qꝫ marmoreum statuæ stratum: tamq pānibus marmoreis uideatur obtectum. dicuntq; eam statuam ideo positam ee: ut memoriam referret panis: quē maiores a senonib; Gallis in capitolio obsessi: quem fame perirent in hostem pit mentitam copiā rerū prætenderent precerunt: cuius rei ueritatem: alioru: qui melius q nos sciat iudicio relinquimus. De septironio aūt: qd in domus aureæ solo diximus fuisse ædificatum utrie scribi inuenimus. Id aūt est ædificiū: ante beati Gregorii monasterii: cuius matona ex parte demoliti tres columnarū ordines mutuicem suppositi nūc uisunt. Fuit uero seueri apmi imperatoris sepulchrū. de quo Helius spartianus scribit: opera eius publica Romæ præcipua extant. septronium: et thermæ seuerianæ. et paulo infra: Idem spartianus. quū septroniū faceret:

Caput æneū ad Lateranum.

De foro Traiani

De eq æneo Traiani

Coclis Columna Traiani.

Ecca. s Basilii syluestri et Martini.

Tres turres militiarū.

De foro Neruæ.

Fori trāsitorii q dicit

Ecca. s Hadriani

Ecca. s Martinellæ.

Mars fori. statua ingens

septroniū.

nihil aliud cogitauit: q̄ ut ex aprica uenientes ſuū opus cernerent: et medium simulachrū eius locatū additu pallantis ædib; Is regiū arcū ab ea parte facere uoluisse perhibet. qd etiā post alexander: quū uellet facere ab aurifpicib; dr esse phibitus: quū hoc sci fcitans non liquisset. Iulius uero capitolinus in antonini gente: quisuit seueri filius: uitā dicit: Illatus ē maioru sepulchro: hoc ē seueri: qd est in Appia uia eū tib; ad pri tem dextrā specie septodii extructū: qd ille sibi uiuens ornauerat. Et septodiū sic iulius capitolinus appellat. nouimus Græcos dixisse locū: ad quē ciuibus frequentatū: multæ ducunt uiæ: cui nūc Sodiæ est appellatio: ut uideat innuere capitolinus seuerū sibi parauisse sepulchrū: ad qd ciues sæpenumero cōuenirent. Quare aūt a spartiano septro nium appellet: intellegere nequiuimus. estq; mra opinio eo in uerbo librarios errauisse et septronium pro septodium posuisse. Sed uidemus eos: qui multē annis citra Roma norum pontificum gesta scripserunt appellare patriā nunc et integrā ecclesiā: illi septi ronio subiectā: atq; propinquā: quæ est cardinalatus titulus sanctæ Lucinæ in septa solis: cuius appellationis ronem haud quaq; mro iudicio absurdam reddere possumus q̄ inuenimus fuisse in eius columnaris decursu sūmitate idolum solis oblongum eximi tum: radios oblongos: auratosq; ad caput habens: et q̄ aspiceret colossum Neronis: á quo colossum diximus appellari. Idem seuerus arcum triumphalē habuit sibi et Marco Aurelio cōem: á senatu: pptoq; Ro. positū: qui nunc intecto ad sanctū Hadrianū sub ca pitolio cernit. estq; titulus. Imperatori Cæsari. L. septimo. M. F. seuero. Cætera sūt nota

De Arcu constantini: quē in Neronis staonis ædificatū fuisse diximus: pauca dicere ex pedit: q̄ eo nunc intecto talis titulus habetur. Imperatori Cæsari Flauio cōstantino maximo Publii filio Augusto. S. P. Q. R. q̄ instinctu mentis. diuinitatis magnitudine cum exercitu suo tam de tyranno: q̄ de omni factione uno tpre iustis re mpa- ultus ē armis. arcū triumphis insignē dedicauit. Postquā de Neronis domo: et maximis: quæ in eius demolitæ loco cōstructa fuerunt ædificiis: dictum ē satis: et uidemus: id: quod Traiani forū ēe docuimus Iulii Cæsaris domum fuisse: sed ubi fuerit ipsa domus Cæsaris: ondemus. Primū suetonius i eius uita scribit: Habitauit primo in modicis ædib; pontificatu maximū in sacra uia domo publica. et plinius li xix Cæsar Dictator: totū forū Romanū: uiamq; sacrā ab domo sua in capitolinum usq; Capito linum in munere gladiatorio Linteis cōtexuit. Fuitq; ipsa domus: quā octauius Augustus á Liuia nepte nimis sumptuose ornatā: sicut suetonius scribit: ad solū dirui fecit: in cuiusq; area postea porticus Liuia fuit. de qua ouidius sexto Fastorū. Disce tamen ueniens ætas: ubi Liuia nunc ē porticus: Immensa tecta fuisse domus. Ad eamq; porticū scribit plinius vespasianū pacem suā ædificasse. Pantheon: quod templum describere supra pollicti fuimus: á. M. Agrippa ædificatum fuisse titulusq; frontispi cio adhuc ondit. Plu. Lib. xxxiiii. scribit. Syracusana sunt i Pantheo capita colum narū á. M. Agrippa positarū. Id templū Spartianus dicit ab Hadriano instauratum fuisse: et minores in frontispicio trae: edocent eandē instauratoēm á septimio et M. Aurelio Antonino fuisse factā. Macrobius i saturnalib; magnitudine describens: unio nis: quem cleopatra inauriby ostentabat: sic scribit. Ipse aūt: cuius fuerit magnitudinis unde colligi poterat: qd: qui sapfuit. postmodū uicta regna: et capta ægypto Roma delatus: dissectusq; ē: et factæ exuuiæ duæ margaritæ: impositaq; simulacro uene ris: ut monstruosæ magnitudinis in templo: qd Pantheon dicit. Bonifacius autem iiii. pontifex Ro. a Foca imperatore obtinuit id templū: in honorem beatæ Mariæ

Septodium

S. Lucia in septasolis

Arcus seueri

Arcus Cōstantini

De domo. Cæsaris

Liuia porticus

De Pantheo tripli

nūc S. mariæ rotundæ

uirginis: et omniū christi martyrū cōsecrati. Inde apud eos qui de christianorū gestis ī urbe Roma septingentis annis citra scripserunt: ea ecclesia aliqn ad martyres appellabatur. Eius stupendā fornicem: uetustate ipsa: et terræmotibus scissum, ruinā q minantem: tua Pontifex euenit opa impensaq instauratū: et chartis plumbeis alicubi deficientib cooptū: læta inspicit curia. et quum ipsa insignis ecc: cæteras facile superans multis an seculis celsas: quib attollitur columnas habuisset sordidissimis diuersorum tabernis quæstui: a qb obsidebant occultatas emundatæ: nūc in circuitu bases: et capita pernudatæ mirabilis ædificii pulchritudinem ondunt: accedūntq de coxi strate tiburtino lapide subiecta templo area: et quæ ad ætatis mæ campum martium ducit iuga. Quando aūt nos ære

Vicus Iugarius ubi

alieno liberare coepimus promissa item uici iugarii equimelii: et salinarū loca ī dicemus. Et quidem de uico Iugario: quod dicere possimus: nihil aliud ē: q qd Liuius in bello Macedonico dicit saxū ingens a capitolio in uicum iugarium procidit: et multos oppressit: nūc aūt seruat ætas mā: ut uicino in loco sub capitolio: ad eam partem: quæ uersa ē in lucu septimii seueri arcū triumphalē: et currus: et iuga boum fiant. De equimelio Liuius. vii. ab urbe cōdita: quū spurii melii: ex equestri ordine ad cōcupitū regnum facta cæde scripsisset: addidit. nec satis ēe eius sanguine expetitū: nisi tecta parietesq: intra quæ tantū dementiæ cōceptum ēet: dissiparentur. bonaq cōtracta pretijs regni mercandi publicarent. Iubentur itaq quæstores uendere ea bona: itaq ī publicū reducere domū dein: ut memoriæ area ēēt oppressæ nefariæ spei diruī exemplo iussit. Ia æquimelium appellatum ē. Liuius item in bello Macedonico. Censores sup æquimelium ī capitolio: et uiam sternēdā a porta capena. et. M. varro ī iiii. de lingua latina æquimelium: q æquata melii domus publice: q regni occupare uoluit. Is locus ad busta gallica: q Roma recuperata Gallorum ossa: qui possederant urbem: ibi coacernata: et consecta.

Equimelium.

Salinæ ubi fuerint

Salinas in locum quo sal ppto uendendum seruaret: fuisse ea in Tyberis ripa: quæ a ponte nūc sanctæ mariæ in Auentinū ptinet. Liuius lib. iiii. de secūdo bello punico ondit. M. varro carceris uerbi

De Carceris uerbo Tullianus Carcer.

uim declarans sic scribit. Carcer a coercendo: q exire phibentur: in hoc pars: quæ subtera Tullianū: ideo q addita ē a Tullio rege. q Syracusis: ubi saxa excisa cōseruant: uocant latomias. et de latomia translatum: q hic q in eo loco lapidicinæ fuerūt. Liuius aūt in bello Macedonico scribit: M. superiorem catonē: qui dictus ē Censorinus: ī cēsura fecisse atria duo. Martiū. et Titium in latumijs. Liuius item in vi. belli punici incendiū describens sic habet. Comprehensa postea priuata ædificia: neq ēi tunc basilicæ erant. comprehensæ latumiæ: forūq piscarium. et atrū regium. ædes uestæ vestæ defensa. Ex quib varronis Liuiiq uerbis dicere uolumus latumias fuisse ubi nūc ecc. S. Nicolai in carcere Tulliano: et atrū regium ibi ppinquū: ubi. s. ædes sunt: quas sabellorū gens uetusta: et clarissima nunc habitant. sicq superiore loco ppe uidemur forū piscarium: et ædem uestæ: descripsisse. Vroebat nos per hos dies interrogatione sustinius Planta iureconsultus: et conciuis noster alius aduocatus ubi fuerit summa uelia? in qua quū habitaret valerius publicola primus consul ædes demolitus: ad humiliora fori loca inhabitanda se cōtulit. Cui rndemus. M. varronē: quū palatium describens: dixisset: q a ballatu ouium fuerit appellatū: addere huic Germaliū et velias coniunxerunt: et infra. Veliæ unde essent plures accepi causas: in quib: q ibi pastores pallatim ex ouib: ante tonsuram inuentā uellere lanam sint soliti. Hinc eroo diximus veliā fuisse ea in pallatii parte ī forum Romanū uersa: quæ iuxta Palladium contra ecclesiam sanctæ mariæ nouæ celsior insurgit. Alia item multorum interrogatione sæpenūo aduocati fuimus: qd mons ille fuerit cui portam inter Gemoniā: nunc sancti Pauli et Tyberim: testarū laterūq fragmentis aggerato nunc monti testatio ē appellatio. Fama eim multis ante seculis cōfirmata hīt eam montis molē: quæ pculdubio maiora ē in id celsitudinis creuisse ex urnis: aliisq testaceis: in quib impio subditi Romano pulo tributa Romā pferebant. et quidem

Latumiæ ubi

Atrū regiū

Vbi fuit summa uelia.

Testaceus mons

nos eam

nos eam famam ēe falsissimam certius probare possumus: q̄ quo auctore: quā institutione id factum sit edocere. quantum uero attinet ad famæ falsitatem norunt mecū: qui Romanorū res gestas legerunt consueuisse quæstores in quincias mitti: quib⁹ curæ ēet tributa exigere: et siue legionib⁹ in stipendia distribuere: siue in ærarium deferre Romā. M. Catō Vticēsis q̄stor quæstor in Asiam: in cyprūq; missus, habita a prouincialib⁹ tributa nō fictilib⁹ urnis gessit: quas homo legū observantissimus in testacei montis exaggeratōe confringeret: sed tenacissimo cōsutos corio sacculos in summa nauis puppi gestauit: subere ea tone longissimis alligatos testibus: ut si naufragio ipse cum nauis periret. supnatans suber ōnderet i fundo depositum: et amisso pstanti ciuie ppto nihilominus Romano tributorū pecunia ēet salua. nec solū in externis quincijs. sed in Italia etiā tributa per quæstores exigebant. Idq; Macrobi⁹ in saturnalibus: de fide seruorum erga dnos tractans indicat. Asinio Pollione Patauinos cogente ut tributa conferrent: et ppe a dominis lacerātibus seruorū nullus inuentus ē: qui libertate ppositā dominū proderet. sed omissa inanī: et mrō iudicio supflua. uanæ opinionis cōfutatione: quas ad rei ueritatem habemus cōiecturas i medium pferamus. Plinius li°. xxxv. multa dicit de figulis: et plasticis: quorum opificum uis, uerba a græco significat interpretata. eos uel ex tera: uel ex gypso: uel argilla aliqua similitudines uel formas effigiare. sed q̄d ad mām facit intentionem maximū dicit usum fictilium maiorib⁹: qui Romanorū fundauerunt imperiū: adeo ut deorū simulacra templorumq; ornamenta: et ipsa parietum crustamenta ex fictilib⁹ cōficerent. suntq; hæc pauca Plinii de ea re uerba. Turrianū accium a Fregellis: cum locarat Tarquinius Iouis effigiem in capitolio dedicandā fictilem fuisse eā: et ideo nō mirare solere fictiles in fastigio templi eius, quadrigas: de quibus sæpe diximus. ab hoc eodem factū Herculē: qui hodieq; materiæ nomē in urbe retinet. Hæc eīm tum deorum erant effigies laudatissimæ nec pœnitet nos eorū: q̄ deos tales coluerunt. Aurum eīm et argentum: ne in dis quidem conficiebat. durant etiam nūc plurib⁹ in locis talia simulacra. Fastigia quidē templorū etiā in urbe crebra: et munita mira cælatura: et arte: firmitateq; sanctiore: auro certe innocentiore. Quæq; adhuc diximus uel assiduitate faciant figulinarū opa: et fictilib⁹ dolijs ad uina excogitatis: ad aquas tyberis: ad balneas: ad tecta coctilib⁹ laterculis. Atqui Numa Rex: septem collegia figulorū instituit. quin et defuncti sese multis fictilib⁹ solijs cōdi maluere. maior pars hominū terenisuetā uasis. M. etiā Varro figulos uno in loco fuisse indicat: quū dicit Venerem myrteam fuisse inter figulos: et myrteā ideo appellari: quia locus ille primus myrtetis ēet feracissimus. & sexti Rufi urbis Romæ descriptio habet. In regione prima porta capena fuisse uicum uitriariorū. quum itaq; figulorum: eam ex opificii cōditione uideamus: ut longe ab aquis bñ non possit: quū item eius artis purgamenta si nimis multa in ædibus dispergantur: ea reddant cæteris usibus inutilia: si uero in flumen abiciantur: aut illud in breui cōpleant aut difficillime eruant: prudenti consilio factū tenemus: ut tam multa figulorū collegia a Numa rege instituta myrtetis: et secus fluuiū ap uitriariorū uicū ibi fuerint loca: ubi nūc testaceū inter montē et tyberim umeas uidemus. Qd si Numæ regis temporib⁹: q̄n urbis Romanæ imperiū intra uicesimū lapidē coarctabatur figulorū collegia fuerunt septem: quanto plura credimus esse addita Romani pp̄li multitudine nō minus aucta q̄ fuit imperii dilatatū: Hæc oīa attentē cōsiderantes: mirari solemus: cur testaceus mons supra fidem eorū: qui nō uiderunt: arduus: nō in alpem potius insurrexerit. Quæsiuit uero nup Lælius nr̄ Valentis iure cōsultus: nunqd Ludi Tauri: q̄s postremo Carnis priuij dominico die ad eū mōtem fieri spectabamus: illi ēent: quorū meminit M. Varro: cui nunc: sicut pollicitī sumus rñdemus. Ludos quidem Taurios: ad postrema Februarii mensis pra Romanos edere

figuli et plastici.

vicus vltrarius. ad capenam portam

Tauri ludi.

consueuisse. sed quod ex parte superiore loco in equiria: et circi Flaminij descriptione di
ximus: licet ludi appellarentur Tauri: nō tauri: sed equi currib⁹ iuncti a campo martio
per equiria curretes: quib⁹ ad septem metas circūacti ēent: in circū Flaminium ferebant.
Ampla et uastum nunc ingressi sumus campū dispersa per urbem loca describendi. cui parti
tm̄ abest: ut plene satis posse facere cōfidamus. q̄ licet ea: quæ hactenus sunt scripta multo
maiora his: quæ forent reliqua existimamus futura: tm̄ paucissima in posterum certa
ōndere speramus. si quis eīm urbis Romæ ætatis mīæ partes singulas, uel mente, uel ocu
lis lustrando peragrabit: ea quæ ꝑplo nūc: et domibus frequētata sūt a nobis pene ībā
q̄a intelleget: quōd quidē nulla a nobis negligentia: aut inaduertentia maōis facta ē:
q̄ ne ignota imprudenter asserere: aut impossibilia uane et leuiter conari cōpelleremur.
Libet tamē aliqua ex parte: ipsam scribendi. sine antiquis: et dionis fide testib⁹ audaciā
qualis futura fuerit ondere. Ia in regione omniū ꝑtis urbis ꝑplo frequentissimæ: quā
Capitolio: exquilijs campo martio: et Pantheone uidemus clausam: ecclesia est sancti
Marci: quā titus eugenij nepos Petrus gente barba patricius Venetus. et sanctæ Mariæ
nouæ cardinalis inhabitat: eā scribit Petrus bibliothecarius: a Marco Pontifice Romano
eius nois primo iuxta Pallaturas fuisse ædificatam. et licet multorum ut appareat ingen
tiū olim ædificiorū ruinæ, multa nūc cernant fundamenta: qa tm̄ illæ fuerint pallaturæ
ignoramus. Proximā illi eccam basilicæ xii apostolorum. nūc inhabitat: et cardina
latus titulo tenet Bisarion: ex constantinopolitano græcus. cui nicæno uulgaris ē appella
tio. quis uero ipsam ædificauerit eccam: aut quæ fuerint ædificia: quorū ingentia apud
eam cernunt uestigia: mihi penitus ignotū ē. et tm̄ exiantia ipsius eccæ monumēta ante
annū trecentesimū scripta fuisse dicunt. Intra ipsius eccæ parochiā: et ꝑpe capitolium Vene
ris ortum cognomine mirabilem: et multa. hauddquaq̄ ignobilia: quorū loci et situs nullā
scire possumus certitudinē. eccam uero sancti marcelli: quā Nicolaus patria Surrentinus:
et eius sōe eccæ tituli cardinalis appellatione Capuanus inhabitat: scribit Bibliothecā
rius: a Lucinia nobili muliere uia salaria fuisse ædificatā: in Catulabio: qd Lanij: siue Car
nifices: pro animalium stabulo īrē consueuissent: quo in sordidissimo loco tentus et passus
fuerit ōtifex marcellus. sed eius palatij: quod idem cardinalis eleganti ssimū
apud sanctæ mariæ in uia lata ecclesiā ædificat: ruinæ inter ceteras urbis conspi
cuæ: quid olim fuerint nullo īi loco īuenimus scriptū. et tm̄: quantum ex sexti Ruffi de
scriptione urbis possumus assequi cōiectura. Isidis templū ibi fuisse tenemus: ap quos in
porta triumphalis descriptione Vespasianū: et Titum triumphaturos: nocte illa: quæ
triumphū præcessit: quieuisse ōndimus. scribit eīm Ruffus Isidem, ꝑpe Minervā Chalci
dicā fuisse. seruatq; ipsa nunc nomine suū Minerua a fratrib⁹ sancti Dominici ꝓdicatorib⁹,
sub gloriosæ uirginis dei genitricis titulo habitata. de quib⁹ ingentib⁹: quæ nunc cernunt
ruinis: quid dicamus nihil aliud ē: q̄ ineūs de libro titulos fuisse pestorum Pompeii: quos
Plinius sic ponit. Pompeius magnus Imperator bello triginta annorū confecto, fusis: fugatis
occisis: in deditionē acceptis hominū centies uicies semel octuagintā milib⁹. depressis aut
captis nauib⁹ octingentis quadraginta sex. oppidis castellis mille quingentis uiginti octo
in fidē receptis. terris a meotide ad rubrū mare subactis uectum merito Minervæ. Triū
phū aūt præfatio hæc fuit. quū oram maritimā prædonib⁹ liberasset: et imperiū maris po
pulo Romano restituisset. ex Asia. ponto. Armenia. Paphlagonia. Cappadocia. Cilicia.
Syria. Scythis. Iudæis. Albanis. Iberia. Insula creta. Bastarnis. et sup hoc de regib⁹ Mi
thridate: atq; Tigrane triumphat. Sunt etiā alia per urbem tunc speciosa: sed similis uetu
statis suæ ignoratione obscura: quæ illis relinquimus describenda: quib⁹ fortassis cūræ
erit hanc describere: quā nrīm hæc seculū Romā. et si primæ illi potentissimæ multo

De eccª s marci Pallaturæ

Basilica xii apostolorū

Eccª s. marcelli

Templū Isidis

Tituli ex pompeii de Libro Mineruæ

Præfatio tit triūphi Pompeiani

dissimilem: non parum tñ europæ: et aliquot Asiæ partibus uenerandã. et qdem licet Romano nomini ita affecti sumus: ut nimi post religionem maiori colamus ueneratõe: non tñ passione ita abduci a uero iudicio nos patimur: qñ discernamus quantũ longe absit urbis Romæ mi temporis rerũ: statusq; condicio ab illa: quæ olim illi affuit potentatus: imperiq; ptate maiestate: sed contra non sumus ex illis quos uidemus pntem Romanæ rei statum haud secus spernere: et p nihilo ducere: quos si ois eius memoria simul cũ Legionib; consulib; senatu: capitolio: palatioq; ornamentis penitus inberisset: Viget certe uiget adhuc: et qq maiori diffusa orbis terrarũ spatio solidiori certe munita fundamento urbis Romæ gloria maiestatis. Habetq; Roma aliquod in regna et gentes imperiũ: cui tutando augendoq; nõ legionib; cohortib; turmis: et manipulis nõ equitatu peditatuq; si opus sit nullo nunc delectu militum: qui aut sponte domi nõa: militare cogantur educere Roma: et italia copias in hostem ducunt: aut imperii limites custodiunt. nõ sanguis ad pntem seruandã patriã effunditur: non mortalium cædes cõmittuntur. sed per dei mi: et dñi nri Iesu christi imperatoris uere summi: uere æterni: religionis sedem arcẽq; atq; domicilii in Roma cõstituti: ductosq; in illa ab armis mille et quadringentis martyrũ triumphos: per dispersas in oibus æternæ et gloriosissimæ Romæ templis ædib; sacellisq; sanctorũ reliquias: magna nũc orbis terrarũ pars Romanũ nomen dulci magis subiectione colit: q olim fuerit solita cõtremiscere Dictatorem nunc ppetuũ non cæsaris: sed piscatoris petri successorem: et imperatoris pdicti Vicariũ pontificem summũ principes orbis adorant: et colunt: senatum pntis Romæ cardinales ecclesiæ post pontificem orbis uenerantur. nec quisq memor tanta adeo mõa sanctorũ meritis. eẽ tributa addubitabit: si ab huiusmodi mi rei curam gerentib; et ad petri piscatoris naviculæ olauũ sedentib; in sola religione: et sanctissimam cursus dirigẽt: futurũ ut nõ secus Asiam: aphricãq; Romano christianorũ imperio subiiant: q europæ regna pplosq; subiectos habent. Quid q; maiora uel certe parem priscorum temporũ uectigalibus Europa pene omnis tributa Romam mittit: dum singulæ ciuitates a Romano pontifice beneficia accipiũt. Verũ hanc summo pontifici et cardinalib; exhibitam ab orbe reuerentiã: eas a pplis missas ingentes pecunias posse etiã alteri ciuitati q Romæ dignitatẽ emolumentumq; afferre quispiam cõtendat. et Auinionem: Bononiam: Florentiã: Ferrariã eam aliqñ fuisse gloria decoratus alleoabit: & nos quum id q; subeamur recusare nõ possumus. Sed ppria quædã habet urbs Romana: adeo præclara: excelsa: admiranda: ut ne dum alibi in orbe inueniant: sed nec etiã ea transferri liceat: optari in primis: qui Romã ipsam rerum caput: et dominam non uiderit: temere quicq; alicubi admirabit. Habet ei urbs ipsa Apostolorum limina: et terram sacro martyrum cruore purpureã. Habet seruatam linteo Veronicæ mulieris in cuctarum orbis ecclesiarũ primariæ: atq; matris bti Petri basilica extantem: pprisq; apparentem liniamentis dominici uultus effigiem. Extat insuper notus celebratusq; locus in uia appia nomine: quo uadis appellatus ubi perfugæ Petro christus occurrit: et sup duram silicem uestigia reliquit ppto celebranda. quinq; paulo fueris eadem uia peressus inuenis specum: coemiteriumq; Calixti beatus sanctorum ossibus refertissimũ: cui addita ecclesiam sancti sebastiani martyris: quã præteritorum pntisq; seculorũ incuria prælatorũ ruere permisisset: tu Eugeni pontifex maxima cũ laude nuper instauraſti. Visitur apud Lateranensem eccam sancta sanctorum locellus cœlesti gratia plenus. & in eadem uisunt eccã Apostolorũ petri et Pauli capita. Veneranda simul timore: applausuq; inspicienda. sub quorũ sublimi: et sicut par fuit ornato loco incunabula: et circumcisio saluatoris: et ipsius oenitricis uirginei lactis uasculũ miro cãdore cernatur. Eo in altari quod primum religio christiana legitur habuisse: sunt

Vultus sanctus

Dñe quo uadis

Coemiteriũ Calixti.

Reliquiæ sanctorũ romanæ urbis.

Sunt in carinis Catenæ: quib⁹ Beatum Petrum in carcere ligatum: Herodes tenuit in
ecc⁹ quæ exinde bti petri ad uincula appellatur: Estq; apud sacras uirgines sancti
syluestri monasterium incolentes: attente: ueneranterq; contemplandum bti Ioannis bap-
tistæ caput. Nonetes uero uirgunculæ annulus dei sponsi sui dono de cœlo missus
ap celeberrimã: pulcherrimãq; illius in uia Numentana ecc⁹ seruatur. Habetq;
insionis et speciosissima in uia Tiburtina Laurentij martyris bti ecc⁹ craticulam: sq;
quã fortissimus athleta exustus de gentilium rabie triumphauit. seruatq; eadẽ basilicã
eundẽ Laurentium: et aliũ sibi similem aliunde aduectũ Stephanum protomartyrẽ: ut uirtute
meritisq; pares unico hospitio clauderent. Visunt eam ab urbe secundo miliario: et hos-
pitium inter: ardentinãq; uiam dulcis aquæ fontes: qui fuso Pauli apti sanguine fluxerãt.
eruperunt et magno exquiliarum monte speciosissima ẽ sanctæ Mariæ maioris basilica: cui funda-
menta æstiuæ niuis iudicio fuerunt iacta. Quæ in ecc⁹ gloriosissimi Hieronymi corpus
ad præsepe: in quo primum uagiit christus Jesus cõseruat. Non minorisq; miracula eccle-
siæ ẽ: in transtyberina Janiculi regione uitrornis Mariæ: ubi nato domino fons olei descendit
in Tyberim. Sunt uero multa: ac prope innumerabilia: quorum ut superiori loco dictorum: inspiciendi
tangendi: uenerandiq; deuotione adducti Pannones, Moesi. Macedones. Mauranæ. epiro-
tæ. Dalmatæ. Illyrii. Liburni: et ipsi in primis plurimas in regiones prouinciasq; diuisi Ger-
mani. et Galli: hispaniq;: ac toto diuisi orbe Britanni: nunc anglici singulos ferme
annos Romã adeunt: Romã uenerant: Romã ducunt eorũ dominã: et magistram. Nec
europæ solũ ppli Romã: et eius sanctimoniã uenerant: sed tua etiã Iulior euoeni opera
factum ẽ: tum cura: tum ẽt impensa: ut ex asiaq;: et finitimis illi europæ et Asiæ partibus
post unicos occidentali ecc⁹ Græcos. Armeniosq;. Bosnenses. ex europa Nestorianosq;
et Gordianos. ex asiã minori. Ponto. paphlagonia. Cilicia: et Assyria. scythis. albanis
et Iberia. et demũ æthiopes ex africa. catholicæ fidei: et Romanæ ecc⁹ conciliatos uide-
rimus. quo fit: ut a pluribus orbis terarum ppli: nationibusq; aduenis Roma: q alia urbis
ciuitas frequentet. nec parum: contemnendus ue is Romã cõfluentium nus mortalium: qui qui-
dem: quadrage simalis Ieiunii tpribus quadragenta: et quinquagenta: et quinq; plura milia
ex multis earũ: quas supra enumerauimus, principiarũ Romã adeunt. Romæ basilicas. tem-
pla: sacella. et singulas ædes circuit: quorum nullus: tam hebeti stupido ue ingenio: qui su-
perba Romanorũ olim principũ palatia: superbissimas spectaculis edendis institutas ẽ structi-
ones: thermarũ celsos fornices: et insana aquæductorum opa illustrans. qd fuerint: quid ue
sibi uoluerint: singulos sciscitans obuios: uidisse. sciuisseq; non pœnitet. Stat uidet adhuc
solido innixa fundamento Romanæ gloria maiestatis. et nõ parua terrarum pars spole
et absq; armorum strepitu dulci reuerentia Romano nõi colla submittit. Sed quando ad
propositum digressi sumus: qui ab ædificiorũ locorũq; urbis inouanda memoria dissenti-
ens cultus: et uoentis adhuc reuerentiæ rõnibus tibi Immorati sumas ad ipsas urbis
ædificiorum redeundum cẽt si plurimum: q̃ hactenus hucusq; descripsimus: indicauimusq;
per omnia urbis loca á nobis dimissorum: certiorem dare notitiam possemus. F.

Blondi Flauii de Roma instaurata: libri. iii. et ultimi finis.
anno MDxxv. die xxv. Januarii

Blondi Flauij Forliuiensis de origine: et gestis venetorū ad Franciscum Foscari Ducem: incipit ftūs
senatum reliquosq; reipu. venetæ patricios.

addidit. Ioannem uero Corneliũ: siue ut nũc corrupte eá appellant uetustam gentem Cornariũ doctum eleoantemq; moribus Venetiæ habent. et Paulus Barbus equestris ordinis Germani fris sui Petri barbi. Ro. ecĕ. cardinalis integerrimi: humanissimiq; ac ducte ab eucenio Pontifice oriundis maternæ gloriã bonarũ artium. in quibꝫ excellit studijs accumulat. Andreas Iulianus bono uir ingenio. Bernardus iustinianus. Leonardus Genitus. Hieronymus Barbadicus Francisci pdicti filius: Nicolausq; Barbus litterarũ ornamenti gloriam laudẽ hñt. quid: qd alterũ in narrationis ordine errorem incurrimus: qui prælatos ecĕ uenetos secularibꝫ posthabuimus. sunt ex Venetis Laurentius castellanus. Fantinus Paduanus epi uiri doctrina et grauitate ac sapia Venerandi. Gregorius patrui Pontificis nomen referens se. apĕ protonotarius. Hermolaus Barbarus Francisci nepos Tarui simus. Petrus Monteus brixianus. Iacobus Zenus Feltrensis. et Belunensis. Dominicus Torcellanus epus. nõ modo iurium ciuilis et Pontificii ac Theologiæ doctrina sicut eorum decet professione abunde pleni: sed eloquentiaq; ornatissimi sunt: ut ei mancipatorum studio peritiorũ multos ætatis mĩæ scribendo dicendoq; æquent. Petrus Thomasius medicorũ nõ modo Venetorum: q̃ ceteroru ætatis mĩæ eloquentissimus habetur. sed iam nos fruidiæ nimis exposuit breuitatis respectus: qui multos pterire facit: quos tanta ciuitas hẽt literarum studijs uel imbutos: uel operam impendentes. ſ.

BLONDI Flauii Forliuiensis Italiæ illustratæ Marchia Tarui sina

7 Ribus earum: quæ supra á nobis descriptæ sunt octo regionum cõtinentem ee õdam Marchiá Tarui sinam: Romandiolæ scilicet ad Melariæ: Briantinicq; paludes. Venetæ urbi ad aquas salsas: et Lombardiæ ad Mintiú et Benacũ: fecit ẽn Beroldi certius et copiosius describendi necessitas: ut ad eius dexteram littoralem quæ sint oppida et castella Lombardiæ regioni cuius ee non debent adiunxerimus. Prædictis itaq; trium regionum: et alpium: et Padi: atq; Lemini amnis cõtra Crapulas insulã in mare Adriaticũ defluentis finibus: concluſa erit marchia Tarui sina. eam regionem q̃q; alias Galliæ Cisalpinæ: q̃q; transpadanæ Italiæ partem. q̃q; Venetiam appellatam Romanæ eccĕ monumenta ee uoluerit partem Dalmatiæ supra mare: ut nihil absurdius potuerit excogitari/ quum nulla ex parte Dalmatia ad huius regionis fines unq̃ pertinuerit. q̃q; par ee uidetur absurditas barbaro Marchiæ uocabulo maximas: atq; ampliſſimas urbes Veronã Patauiumq; titulo subiici Tarui sinæ quam ciuitatem illæ opulentia: potentatu: et dignitate: semp antea: sicut et nunc longiſſime antecierunt. Posterior tñ fuit indita ab eccĕ appellatio. Nam Longobardi omnium: qui Italiã inuaserint: externorum superbiſſimi: Romani impii: et Italiæ dignitatem euertere: ac oĩo delere conati Leges nouas: quæ alicubi in Italia extant condidere. mores: ritus gentium: et rerum uocabula immutauere ut affirmare audeamus locutionis Romanæ latinis uerbis: qua ne dũ Italia: sed Romanoq; imperio subiecti pleriq; populi utebantr. mutatoem factã in uulgarem italicam nũc appellatam p Longobardorũ tpra incohaſſe. Idq; in cognitum nobis quando opus de locutione Romana ad Leonardũ Aretinum dedimus: posted didicimus: uiris longobardorũ Leoibus: in quibus de mutatione facta multarũ rerum uocabula tituli. tractatus q̃ sunt positi. Quin et publicæ administratoĩs: et priuatim uiuendi instituta accuratiſſime ab eisdẽ sũt mutata. et eoũq; ipsius gentis processiſſe insania: ut Romanor caractere penitus postposito nouas ipsi et sua ineptia gentis barbariem idicantes cifras pro literis adinuenerint. et contra uero ostrogotthi æque ac ciues Romani latinis delectati litteris nullam in illis barbariem effuderunt. Nam Theodoricus rex primus latine et græce doctus: Amalaſciunta eius filia doctior. Theodatus rex tertius: et primi nepos doctiſſimus fuere: quod Longobardorũ uel regũ uel principũ uiror nemini contigit. Nullam uero aliã ab ostrogotthis factam fuiſſe mutationẽ, hinc maxime credimus cõstare: q̃ Theodoricus: et eum imitati reges. cæteri ostrogotthorũ cudi sua imagine nummi ambitione abstinentes: aurum: æs: æroentum: prisco cudi Romanor sono uoluerunt. sed Longobardi in ea parte in Italia maxima: quã obtinebant regiones habuerunt quatuor a ducibus administratas: in quibꝫ nullum successionis ius: filiis: et nepotibus competebat: Beneuentanam. spoletinam: Taurinensẽ. et Foroiulien sem: duasq; opulentia: et amplitudine/ supioribꝫ

In Longobardor leges et trarum notas.

Theodoric) ostrogotthus
Amalaſciunta
Theodatus

Marchio vnde.

pares Anconitanam: atq; Tarui∫inam ēe uoluerunt ea affectas leois conditione: ut quí regum: ac gentis Lonoobardorum, conciliú permi∫sione: et decreto impetra∫set: eas filiis et adnatis ∫ucce∫∫ione po∫∫idendas: relinquendi ius facultatemq; hret. nomenq; hunc ſignificás perpetuum magi∫tratum: in Longobarda barbarie marchionatus é appellatum. quo dút tpe carolus magnus: ſicut supra ſcripſimus: noie indito Romandiolæ Lombardiam uoluit appella ri regionem: in qua regni ſedem olim illa: diutius huerat: Romana ecc: hanc: de qua nuc dimus regionem de longobardis ſumptam appellauit: ut diximus Dalmatiam supra mare. Sed credo factum ee a minori nois abſurditate ut hæc ipſa manſerit appellatio marchiæ Tarui∫inæ:

Marchia Tarui∫ina

Mintio: eiaſq; ut inquit uirgilius patre Benaco ad ſini∫tram relictis: mæ deſcriptionis pado tenus initium facimus. Cui primum ad Mintium oſtia imminet saccheta uicus familiæ nobilis Capriánen∫ium uilla: quá ſucce∫∫ione annis .cc. in cognatione cotinuata po∫∫ederút. In∫eriusq; est serrauallis arx principú Mantuanor; muniti∫∫ima. unde paſſus mille abest oſtilia. oppidum in regione primariú: ſupbi operis arce moenib; et ductis in circuitu foſſis: cocluſusq; paludib; muniti∫∫imú: quod a Veronen∫i opto: cuius dori iurium fuit: ad annum ſalutis quin quagesimú deciesq; centenú ædificatum marchiones poſtea mantuani diuti∫sime po∫∫ederút amplaq; et recta est uicesimo inde miliario Veronā uſq; uia: aliquot apud oſtiliam locis ſucci∫∫a: impoſitis pontib; arcibusq; et caſtellis munitum oſtilien∫i: p∫idioq; futuris: pertinent ad hos pontes paludis initia: quá in Romandiolæ finib; deſcriptam Mellariæ Brigantiniq; agro diximus contineri. dupentq; ſicut ondimus eam Paludem Tartarus: et Me natus amnes: quorú Tartarus i Veronen∫i agro: oriundus: ad dexteram Græcianum: habet ad ſini∫tram Nugarolum: ad nobili familiæ Veronen∫i Nugarolæ uilla: et primæ originis patria fuit. In∫ulaq; Porcaritia et Gagiú uicus eidē fluuio dextrorſum adiacent. At Menacus ortum ad magnanú habens ceretam uicú pretellasq; præterfluit. In∫erius uero eadem palus: sinit in Adriæ urbis uetu∫ti∫∫imæ deſcriptoē ondimus: adgetur ab Atheſis fluuii sci∫∫ura ad caſtagna rium appellata: eamq; nos sci∫∫uram: p nro hactenus oi in Italia seruato more p oſtio atheſis ſini∫trorſum coimur accipe. Is aút atheſis famæ celebris fluuius de quo uirgilius in Bucholicis. Atheſis: uel pp amoenum: primum habet ad ſini∫tram uicum uillam Bartholomeá appellatum. paulog; superius atheſi: ſini∫trorſum hæret Liniacum oppidú: populo opibusq; plenum. Inde atheſe Zeuedum adiacet oppidú Bra∫icæ: et multæ: et dulci∫∫imæ feraci∫∫imú: adeo: ut Plinú cre damus: si ſuam nunc incoleret Veronā: nec sabellam in admiratoē ut scribit Cri∫pam: nec pul lulantem clauiculis aricinam: ni∫i a ſuis Veronen∫ib; uellet di∫∫entire pposituram. eos uero ui cenos mille paſſus: quos Veronam: oſtiliaq; diximus intercedere Campi quaquauersú excipiút ampli∫∫imi æqui∫∫imiq;: in quib; rectæ imminet uiæ uicus In∫ula Scaligerum appellatus cmunito urbis potius q oppidi ſpecien præſeferat. camposq; hos: ut diximus patenti∫∫imos manufacta ab agricolatore raro impedit foſſa: adeo: ut eam natura cōmittendis maximos iter exercitus pluſ deindu∫tria feci∫∫e: ac complanaſſe sit uiſa. estq; hic locus de quo Liuius undeseptu agesimo: ea habet: quæ L. Flori breuiatoris uerbis libuit apponere. C. Marius Cymbros per hyemem alpib; deuolutos in campis Venetis uſu iam uini: et coctarum carnium mitiga tos aggreſſus e: ex illis patentibus pximú diem pugnæ ſtatuit. Inde lx. milia cecidérunt. hinc tertio minus. Rex eorum Voleríus pugnans interiit: non ſine multus uxores eorú acerrimo bello captæ libertatem non impetrantes ſuffocatis eliſisq; infantib; mutuis uulneribus: et capi ſtris capilleis ſe necarunt. Quæ victoria eodem die Romæ p laureatos caſtorem et pollucem ſcita: et celebrata fuit. Iiourim: qui noricos alpiú tumultos inſederant: fuga diſperſi in latrocinia euanuerant. Theodoricusq; Oſtrogothorum rex primus: Odoacrem Eruloru reoē qui Romam et Italiam annis iam octo occupauerant: apud soncium amnē ubi primú occur rit recedere compulit. Deinde in campis ueronen∫ib; ingenti proelio: qd tres continuatum ē dies ſuperauit: facta q; maxima in utroq; exercitu. sed in odoacris partib; maior cædes. Arnulphus et Bauariorú dux: ductis aduerſus Vvonē Burgundú Italiæ regem copiis a

Mellaria. Brigantina
Tartarus ad Græcianú ortus.
Nugarolum.
Porcaritia In∫ula
Gagiú Menacus.
Atheſis fluuius
Villa Bartholomea
Liniacú op.
Zeuedum, braſicæ ferax
In∫ula scaligerum
Campi Veronen∫ium Latitudo
saccheta. Caprianen∫es
Serrauallis.
Oſtilia. mātuana.
Ceretapratella

veronensiby in urbem receptus: atq; rex appellatus ē. Quumq; Vgo ad veronæ recuperationē maximas duxisset copias: plium his in veronæ campis ē commissum: in quo superauit Vgo: et Arnulphus fugiens veronæ portis á ciuibus é excluſus. Veronenses uero rebellionis culpa in Rachериū epm ſuū relecta ueniam deprecati impetrauerunt. et ex Papiam releoatus ē. sed ut jam ad Athesim redeamus: is fluuius: qua campi ad primos colles desinere incipiūt: veronā diuidit poene media: quam urbem auctor ē ex Trogo Pompeio Justinus: Gallos: qui urbem Romā coeperūt: et pariter Mediolanum Brixiam: et Bergomum ædificasse. neo tñ minus cingit: q diuidit veronā athesis: ut custodiæ simul: ornamentoq; et subuehendis: deuehendisq; mercib; et frugib; maō sit usui veronensiby: qnqdem supra in fragi: et circū ager é pcipuæ bonitatis: multa dignens in urbem cōuehenda: olei uim maximam: frumenta incolis in mercaturam supabundantia: uinorū uarietatem: altq; pstantiam: pomorū oīs generis copiā: et lanā cæteras Italiæ subtilitate superante ut nulla sit Italiæ regio: quæ partem inde nā accipiat indumentorū. oleiq;: quum cæteræ agri partes: tum maxime Benacī lacus dextera pstat ora olearum cōsitis in sylue jj speciem amplissimæ conjecta frumentaq; seminarius ager amplissimus undiq; patens mittit. vinorū pstantia cum multis possit alys ondi rōnibus: tum maxime ano extollitur argumento: Theodatus ostrogothorū rex tertius: quum esset in Veronensi agro ee uinum: sicut cassiodorus appellat accinaticum odoris sapo risq; suauissimi illud Romā nauib; athesi in superū mare delapsis comportari curauit. Labetiq; cassiodori uerba apponere. uinum etenim illud colore purpureo requ: sapore præcipuū. dulcedo cuius mellabili suauitate sentitur: quū tamen tactus eius densitate pinguescat ut carneus liquor: aut potio edibilis uideat; Pomorum copiam: etsi nōnullæ habent aliæ ciuitates: Italiæ veronensi pare nullo tñ in loco tam odorantia: tamq; uaria specie iueniunt: quæ perpetuitatem habent plurimi faciendam: quū senescentia tam seruent solida: et illæsa: ut florentib; et nouellis immixta manducent. Lanæ pstantiam greges: et armenta: a pastionis pprietate accipiūt: quā prata campiq; pspectuq; amoenissimi naturaliter pstant: ouū tñ mons altissimus: urbi supeminens balbus noīe: et eandem herbas suis ingenitum: et multo maiore uirtutem pstet: q herbilogi undiq; cōfluentes: multa herbarū radicumq; genera alantium salutī opitulantia inde legunt: diuersæ etiam per agrū veronensem: pene oppida scaturiunt aquæ: nō minus ornamento á natura: q usui attributæ: seu irrigationis: siue innumerabilia artificiorū genera seu hastum ipse cōsideres: e quib; celebrem uinum nō reticendā ee censuimus. In uallē: quam á telluris uirtute: et fragum præstantia Rolcellæ appellant: ubi Hegarinæ nomen é loco: mammæ ad iustam muliebrū formā de saxo fabre sunt ducta: sub quarū papillis: ppetuæ scillant aquæ. et si lactans mulier papillas asperserit: atq; lauent exsiccatus aliquo si ut sit uel morbo uel casu alio: illi humor lacteus reuocatur. Sed iam solidiora veronæ sicut et cæteris urbib; ornamēta: uiros oīs ætatis præstantes attingam). Zenoq; sicut religionem christianā: et suā ipsius decet sanctitatem primus erit: qui veronæ præsul celebris sanctimoniæ multa scripsit extantia sacras utriusq; testamenti lras declarātia et ambrosianam: quā imitatus ē eloquentiā redolentia Emilium Macrū veronensem Poetam Eusebius in Asia obisse asserit: Paulo post catullus poeta: subinde uterq; Plinius sæpe á nobis hac in Italia celebrati veronenses fuere. et longe posteriores ætate genuit verona Rainaldum insionem: sicut franciscus Petrarchæ placet: Grāmaticū. Dein. Jo. Madium iure cōsultū nō incelebrem: usq; Madiū genuit nobis adolescentiq; familiaritate conjunctū juri edisserendo defendendoq; addictum: qui legū peritiæ eloquentiam cōiunxerat: adeo: ut scriberet ornate. pnunciaret suauiter: et in cunctis sese quantum ætatis mīæ patit: exiptq; cōsueto bonum onderet oratorē. medicosq; genuit verona sui seculi pstantissimos Audentiū. et Jacobū Lauagnolum: cuius nomen refert: et cognomē Jacobus equestris ordinis Lauagnolus humanitatis studijs et eloquentia exornatus. Bernardusq; honesto genitus campaniæ loco: nō parū veronæ attulit ornamentum: qui medicus et phs insignis: tanta uiguit memoria: ut Themistocles instar nihil illi excideret: qd audiuerat: aut discere: aut eum attentius legere cōtigisset. Jo. omnes ei salernus ad equestris Joannis dignitatis insignia: doctrinā et facundiā socias addidit. At res militaris pclaros nobis ornat uiros: qui veronā laudib; accumulant: quorū memoriæ altior repetitio

Athesis flu
Verona (ui

Mons Balbus

Rolcella uallis
Hegarina

Aemilius macer
Catullus
Plinii duo
veron

Monticulenses S. Bonifacii familiæ

effecit: ut uarios eius urbis casus referre cogamur. Floruerunt in ea pclaræ familiæ Monticulenses: et S. Bonifacii comites: hiq; illos: quos eecissent Azonem marchionem estensem: urbis dominio præfecerunt. Isq; ad annum duodecies centenum: et duodecimũ ab Ecelino de Romano per arma eiectus armis mãtuanorũ restitutus ẽ: qua ĩ restitutione durissimũ in Brauda uero næuico plium ẽ commissũ. Azone mortuo Ecelinus ad annũ duodecies centenũ: et uicesimum quintũ Veronam obtinuit: qui imanissimus alium tyrannus ducentos Veronenses simul cum eo carcere in quo tenebant: uno combusit incendio. quibus sibi Veronæ agenti: quod in Patauinos referemus eẽt allatum Patauium sibi rebellasse: duodecima milia patauinos: quos pretextu militiæ obsides secũ duxerat: diuersis affectos cruciatib; in ueronã occidit: eo autẽ apud soncinũ cremonensis agri oppidũ interfecto: Veronenses reuocti S. Bonifacii comitib; in libertatem erecti: quietem nacti sunt: quæ paucis cõtinuata ẽ annis: q; scaligeri ciues: et ipsi veronenses sed noctu & capitaneatus ppli occasione tyranni sũt effecti. primumq; omnũ canis grandis scaliger Dantis Fracasq; Petrarchæ amicitia: maxima q; sua potentia notus: quũ anno uno et quinquagesimo Veronæ Dominũ tenuerit: ciuitates intra Cremonã Parmam, regium, Vicentiã Patauiũ. Feltriũ Ciuitatũ: Taruisium in pacem redegit: Gonzagã q; familiã dictioni Mantuæ erectis Passarinis imposuit. sed et scaligeri quum annis Lxx. Veronæ summo cũ splendore dñati fuissent: ob utri-

Scaligeri. Canisgrandis

Gonzagæ qui primi mantuæ

asin familia diuisiones: ceq; quadraq; exortas, quib; a Vicecomitib; Mediolanensib: quib; a carrarien sib; Patauinis patria pulsi sunt: per quas cõtentionum occasiones Veneti ea urbe quam annos iam xlv. obtinent: sunt potiti. Luchinus Vermes Veronensis: uir bello insignis Cretam insulam: uenetis rebellem sua uirtute recepit. Deiñ in turcos christi dei mi hostes pugnãs cecidit. cuius filius Iacobus Vermes: patri haud quaq; dissimilis rem primi Ducis mediolanã Iohannis Galeacii ab imminentib; periculis: fortitudine: et consilio sæpe tutatus ẽ. qui Armeniacum comitem et Ioannem Barchut Anglicum aduersus Mediolanum maximo cũ exercitu tuentes proelio apud Alexandriam commisso pfligauit: et maxima cæde commissa Armeniacum coepit: eaq; expeditione: in qua Luchinus Vermes Cretam Veneto reparauit Impio Georgius Caballus Veronensis eques pstantissimus militares ducens ordines, ndum acre fortiter operẽ id retulit decus: ut senator a Venetis fuerit cõstitutus. Sed iam claudat Veronensium gloria dignorũ actis Guarinus: quem supra in eorũ catalogo: quos eloquentiam ĩ mium seculum longo postlimineo reduxisse õndimus merito laudũ prætonio decorauimus. Rhetoricæ artis peritum Verona superiori seculo habuit Altichierum: sed unus supest: qui fama cæteros mi seculi faciliter anteisset Pisanus nomine: de q Guarini carmen extat: qũ Guarini Pisanus inscribitur. Gesta uero sunt uario euentu Veronæ multa in historiis celebrata. Alboinum namq; primũ Longobardorũ regẽ libro. viii. õndimus uxoris Rosmundæ insidys ab Helmechilde ĩ Verona occisum fuisse: et utrosq; adulteros Rauennæ quo cõfugerant ueneno mutue dato interiisse: et In viii. diximus Theudelindam Grimoaldi Bauarorũ regis filiã: ad quam: quũ in præclaram reginã deuotissimaq; christiana euasisset Bãs Gregorius Dialogorũ libros inscripsit: Veronæ in sardicensi campo despõsatam fuisse: est q; inde tempo Veronenses Aldegisio Desiderii Longobardorũ ultimi regis filio ciuitate: quam firmo tenebat psidio uiolento eiecto: Carolo magno dedicionem fecisse: quorũ exemplo omnis regio Carolo: et suis illico manũ dedit. Aedificijs Verona mediocribus publice priuatimq; ornata: theatrum hꝫ: cæteris: quæ ubiq; extent præter Romanũ amphitheatrũ nũc Colosseum: opis magnificentia cõspicuũ hꝫ: et pontes quatuor supbi operis: a thesi impositos: et cathedralem eccam: non minus uetere decoram ædificio: q nouo insignem. Supra Veronã athesis sinistrorsum Pontonem oppidũ hꝫ appositum. Supius castrũ barcoram nobile. Item oppidũ inde cadenũ: et qua torrens uallem solis intersecans in Athesim labit. Mecium ẽ oppidũ. Supra q; illud Ionatum. supius Formigarium. Ad fontẽ uero athesis ĩ alpibus paruo ibi lacu: quẽ fons ipse efficit: ẽ oppidum Lanciũ. Diximus supra: sinistram athesis ripã describẽtes eius ostium ad Castagnami scissuram: qua ĩ Adrianorũ paludes labitur necessario accipi: designariq; oportere: nec aliter dicere: aut scribere debuimus: quia qcq; ab ea scissura ad mare pertinet: ĩ Romandiolæ partib; ẽ comprehensum. Dexteram uero eiusdem amnis ripã: ab ipso mari adriatico ad fontem usq;: totam marchiæ Tarusinæ. cuius ẽ possumus applicare. Igr qua athesis ĩ mari labit ostium efficit portuosum: ubi appellant fossiones. Idq; primum est eorum: quæ

Pontoop Cadenũ Ionatũ Lanciũ

Barchũ Mecũ Formigarii Castagnami flu.

ostia Athesis ĩ mare

priscos septem maria diximus uocitasse: adiacent intus. huic amni paludibus stagnisq; immixto. Hinc turris noua ꝑsidio: et uectigalium custodiæ apposita. Inde caput aggeris: quod item ꝑsidium ducatus venetiarum finib; ea in parte instituitur reipu. initio fuit impositum. Interius athesis bifureatus peninsulam Rodioii efficit: quæ sinistrorsu in Romandiola supius ē descripta. Athesisq; dextrorsum: qua fluuius illabitur nouus: adiacet castru baldu. supra est portus oppidu: qđ athesi a Liniaco diuisum ponte illo coniungit: ut unu idemq; oppidu censeant. Influit paulo supra athesim athesis amnis noie albus: cui dextrorsum cereda hæret: uicus in regione primarius. sinistrorsum uero sunt arcella. supra. s. Bonifacius oppidu: a quo nobili veronensiu familiæ fluxit cognomen. et superius villa noua. Deinceps supra fluminis albi ostiu adhæret athesi Porcille oppidum: a quo paru distat amnis: quem montis aurei uicus, omniu regionis amœnissimo uilla est ea rone ædificata supædificata: ut fons ipse media i aula scatens eam euomat lium aquarum: quæ subito intra lapidis iactu molis sufficit conuoluendis: sutq; atterendo i farina frumento: et bombicinis inscriptum codoulandis: tam frequentia amnu supimposita ædificia: ut uix stadio colligendus aquis inuicem separent. Sextoq; inde abest Verona. supra qua dextrorsu item hæret athesi Pelustum oppidu: a quouallem uulgus dici existimat Peloscellum: licet eam a telluris uirtute: et fruguu præstantia Boticellã Guarinus existimet appellari. Licena deinceps ē oppidu: et supius Roueredum: apud quod oppidu uia scalpris monte excisa: arctu uiatoribus pbet iter: uallatusq; Veronensi agro: ea in parte: Germanoru insultib; ē munimen. Bessenu dein hetur oppida: et superius: qua fluuius a Peroinæ oppido defluens: i athesim cadit: ē Tridentum: quam urbē sic inscribit a Gallis: qui urbem Romam coeperunt: sicut et Veronã: Vicetiamq; fuisse ædificatã: appr eã urbem duoet athesim athesis iuxta Pineã oppidu amnis oriundus i alpib; cui dextrorsum hæret Secon Zanum. Supra Parclasium: et visum ac chanaziu. athesim item supra influit. amnis ap Personorum oppidu nobile oriu duo. cui amni Valesiu. Fesperum. et Ceuedonu oppida dextrorsum. sinistrorsu uero clusa corrupte. latino uero clausura: ubi arctissimo aditu trames alpium ē conclusus. Bolzianumq; oppidu nobile, paru ab athesi recedens torrenti ē appositu: qui a sirentino oppido breuo cursum ht. Domus inde noua oppidu. et supius ē maranu ppto frequens oppidu: qđ et si in italia situm ē: gentis locutione: et moribus totum ē Theotonicu. totusq; italicum. Deinceps sunt alpiu iuga: quoru aditib; et qui dã arduis i Germania est accessus. Athesis cursu ab ostio in fontem iuxta dicto descripto: amnē quo eum supius ductu esse diximus: et cui nouo flumini ē appellatio describi necesse ē: prius meduacum: seu ut nunc appellant) Bachilionē assumamus ordine ondendum. Is fluuius noie nouus: quē apud castrum Baldu: athesim illabi diximus sinistrorsu: attingit intus Coloniam oppidu. et ad fontē sunt Brendulæ oppidu: ppto oppidis q; refertum: Brendulisq; paulo infra ad amnis dexteram ppinquu ē Leonicum ppli opumq; exuberantia ciuitatulæ æquiperandu: qđ omne bono ciue ornatur: Iris Græcis: latinisq; apprime erudito: et præsepe mores ferente: quos a Feltrensi Victorino nutritus imbibit. Ab Colonia q; in subiectas paludes adeusto oppido uicinas fossa ē i currentem fluuiu manu facta. ap quam Roueredu. et Montagnana oppidu regionis primariu sunt sita. Ad eiusq; fossæ ostia: quib; in paludes labitur: et paulo infra Locium castellu. Meduacus siue bachilio amnis pxime a nobis describendus alteru ht ostium: attingitq; primo bachilionē sinistrorsu Custodia oppidu ppto frequentatu: medio i cuius suburbio fodinas ee inspeximus per quas lonqo tractu in subterranea penetrat. estq; lapidis eius montis minera tiburtino lapidi assimillima: ut quod nullo ꝙ loco scriptu inuenimus: nequa dubitemus saxa cõstruendæ: conseruandæq; urbi Patauinæ: uetustissimis olim tpribus inde excauata fuisse et sumpta: et quu eam cautena noxu olim seruari cõsueuerint: custodia inde uicus ē appellatus. estq; locus: ap quem Bononienses milites: quoru opa Gulielmus Rauennas archieps. si. ap. ca. legatus: ezelinum de Romano eiecerat. patauio, eundem deseruerũt Legatu. unde factum ē: ut paulo post ezelinus reassumptis uiribus uires ecclie retuderit: legatuq; apud Gambara Brixiani dori oppidu plus superatum in carcerem cõiecerit. Supius q; Meduacus siue bachilio Vicetiam diuidit penne mediã. quæ urbs a Gallis Romæ inconsorib; sicut sæpe supra diximus: cum Mediolano

Turris noua
Caput aggeris

Rodioũ peninsula
athesis
Castrũ baldũ.
Liniacũ. cũ Portu.
Cereda Arcella.
s. Bonifacius.
villanoua Porcille
Mons aureus uicus

Pelusium opp
Peloscella
Licena. Roueredũ.

Bessenum op.
Tridentum. ſ.
Pinea op
Secõcianũ Parclasiũ
Visum chanaziũ
Personorũ
Clusa. Sive Clausura.
Bulgianũ op.
Domus noua. Maranũ

Fluuꝰ nouus ap Castrũ
Baldum
Colonia op. Brẽdulæ
Leonicum.

Roueredum.
Montagnana.
Meduacus siue bachileo
Custodia op.

Vicetia
Vicetia ci. diuisa
Meduaro flu.

Valesiũ
Fesperũ
Ceuedonũ
Sirẽtinũ

Meduacus
Bachilio ve

Albus flu.

Tesina flu. Landrioū Luxianum Barchanū (Talemon Gramatic) Stilla et Gutta

De Meduaco multa.

Porcelletum.

Brintella circa patauiū.

Ingentionū

Ponslogios

Rubulenta

Fossa clodia ad Clugiā

Brixia Beroomo: et Verona fuit á principio ædificata. et altero item fluuio vrbem Vicetiá illabē tem Tesina appellato. apudq; Landriōum oppidū oriundo: augetur Meduacus amnis. qui Tesina apud Luxianum oppidū sessus: alterum ramum: cui Barchanum hæret oppidū facit. Isq; medua cum prīusq; Brentellas attingat inoredit. Genuit ex vetustis Vicetia Talemonē: sicut eusebio Placet: insignem Grammaticum: qui interrogatus: quid inter stillam: et Guttam interesset: Gutta inquit stat. stilla cadit. mīa autem ætate illustrata ē Vicetia Antonio Lusco: qui uir doctissimus eloquentissimusq; et primus: et solus in oīnibus M. Tullij. Ciceronis xii: ars Rhetoricæ. practicę qua rōne á Tullio fuerit applicata: tam clare: tamq; diffuse cōmentus ē: ut nihil maiōs mīos hoiēs posse da eloquentiæ inuisse uideatur. extant etiā uiri eiusdem heroica quædam carmina: uirgilianam ma iestatem carminū redolentiá. Mathacusq; bisarius iurecōsultus eloquentiá: et bonis artib; appri me eruditus, patriam exornat. Multa supperetent in Vicetinorum laudem dicenda a ducentis annis oesta: dum patauinorum veronensiumq; pariter poene uicinorū uiolentiæ iniuriisq; resistunt. Sed unicum eos facinus abunde reddit ornatissimos. Quandoqdem primi fuere qui venetorum imperio sese sponte sua subiicientes, pclaras urbes Patauium. Veronā Brixiam Beroomūq; et quic quid aliud illi nunc obtinent: de Italia: in ptalem uenire plurimum adiuuerunt. Supra Vice tiam Meduaco adhæret Caldogiū oppidum: et supius fonti eius imminet oppidū Porcelletum Meduacusq; prīusq; custodiam attingat oppidū supra descriptum altero scissus ramo fossas attingit quib; Brentellis est appellatio munimento patauū circumductas. Inde apud Ingentionū delapsus defertur ad oppidum Rubolentum defluens postea ad pontem longum continuato cursu stagnis se immiscet: á quib; altero fluxu: reflexuq; retractus: uel repulsus i fossam clodiam labi do cet se exonerat: quæ urbis Clugiæ ab ea fossa appellatæ portum efficit. olim regionis pfundissi mum: Plinius namq; Meduacum amnē in fossam clodiam labi docet. Fuisse et Bachilioīs am nem Meduacū Livij patauini uerbis ex decimo libet oīdere: eodem anno classis Græcorū cle omino Duce Lacedæmonio ad Italiæ littora appulsa Turriorū urbem i salentinis coepit. aduersus hūc hoiem Consul æmilius missus plio uno supatū cōpulit ad naues. Turriæ redditæ ueteri col tori. salentinoq; agro pax parta. Iunū bubulcum dictatorē missū in salentinos i quibdā an nalib; inuenio: et Cleominum: prīusq; confligendū eet: cū Romanis italia decessisse. Circūuectus inde Brundusij promontoriū: medio sinu adriatico uentis latus: quū leua importuosa Italiæ litto ra dextra Illyrici liburniq; et Istri gentes fere ex maxima parte latrociniis maritimis i fames terrerent: penitus ad littora Venetorū puenit. Ibi expositis paucis: qui loca explorarēt: quū audisset tenue pereundū littus esse: qp prætergressis stagna irrioua abtergo sunt ostiis mari timis agros: haut procul proximos campestris cernit: ulteriora collis uideri ee ostiū fluminis p alti: quo circumagi naues i stationem tutā uidisset (Meduacus amnis erat) eo iniectā classem subire flumine aduerso iussit: oraues summas nauiū nō pertulit alueus fulminis. In minora nauigia transgressa multitudo armatorū ad frequentes agros. trib; maritimis Patauinorum uicis colentib; eam oram puenit: Ibi egressi psidio leui nauib; relicto: uicos expugnāt: in flammant tecta hominū pecudúq; pdas agunt: et dulcedine pdandi longius usq; a nauib; pro cedūt. Hæc ubi Patauium sunt nuntiata. Semp aut eos i armis accolæ Galli habent in duas par tes: iuuentutem diuidunt. alteram in regionem: qua essa populatio uidebat: alteram ne cui pdonum obuia fieret: altero itinere ad stationem nauium: milia aut quatuordecim aboppi do aberant. Ducta in naues paruas: custodib; interemptis impetus factus. territiq; nautæ cogunt naues i alteram ripam amnis trancere: et interea prosperū: atq; in palatos pdatores plūm fuerat. Fugientib; ad stationem oræcis Veneti obsistunt. Dicimus itaq; peritum a Cleomino tenue littus: transgressa stagna: ostium amnis palti: in quem circumacta sit aduerso flumine classis. et ad quatuordecim milia oppido Patauio ppinquata satis oīdere Meduacū fuisse amnē descriptū. cui Bachilioni fuit postea: eq; nunc indita appellatio. neq; ei aliud hīt regio fluuiū ex agro Pata uino in stagna maris ue ostia delabentem: nisi forte eum quis proximū illi amnē nunc brintā ee opinabitur: qui suam et ipse paucissimis coenitam fecit nominis mutatōem. est ei Timæus pri scorum scriptis pcertum Vergilij celebratus: quem sæpe miratus sū: uiros nīre secula doctrinæ fama celebres in histris: et liburnis quæ fuisse: errore adductos. atq; ignoratione sensus

Virgilu: quem uolunt nouem Timauo fontes in suo carmine attribuisse: quū potius Antenorem: ille faciat a Troia Italiam petentem regna Liburnorū: et Timauum fugasse amnē ipso fontis noīe poetico more iudicatum. Seruius eīm id uerbū exponens sic hī. Fontem Timaui. h Amant poetæ rem unius sermonis circūlocutionib dicere: ut pro Troia dicāt urbem troianā. sic mō pro Timauo fontem timaui. et paulo post urbem patauii p patauio. et ora nouē mare it pruptū. et premit stagnorum aruā. p campis: et planitiē positu. sonanti pelago: sicut sempē dit: eaq nouem ora ēt nunc notissima sūt Litoris ueneti aperturæ. quarū parte maximā a Rauennati agro in atinū, prisci et imprimis Antoninus pius īperator septem maria appellauere. uersus Virgilu licet notissimi sint: subiciemus: quū prius Lucani de Timauo testimoniū attulerimus: Euganeo si uera fides memorantib auguur: Colle sedens Aponus terris ubi sumifer exit: Atq antenoreā disperditur unda Timaui. si ergo unda Timaui antenoreā disperditur ppe aponum: nūc etiam notissimū: et patauo ppinquū: nō oportuit in historiis illū aut forouliensib: a mīs hominib requiri. Virgilius Antenor potuit mediis elapsus achiuis Illyricos penetrare sinus: atq intima tutus Regna Liburnorū: et fontem superare Timaui. Vnde p ora nouem uasto cū murmure mōtis: Et mare pruptum: et pelago premit arua sonanti. Extantq carmina Musati Patauini poetæ tragici sepulchro īscripta Timauū affirmatia Patauii propinquū ee. Condita a troiugenis post diruta Pergama tellus In mare fert Patauas: unde Timauus aquas hunc Genuit uatem. et martialis Cocus poeta Laneus euganeus Lupus excipit ora timaui. Si ergo Timauus fuit euganeus necessario erit: brinta: nūc Patauii fluuius. nā idem martialis appellatione telluris agonæ Patauiū significat hoc uersu censet agona Liuio suo tellus. et L. Florus infrascripta hī uerba: ex quib licet conijcere Timauū ab arsia: et finib Italiæ: in quib nūq requirebat plurimū distare illyricū ab alpiū radicib inter arsiā et Timauū p adriaticū littus effusū. regnāte Teutana muliere Timauus q ubi salsas attigit aquas. bifurcatus parte dextra Lupiliam metamauchū q petit: ubi portū efficit cum amplitudine: tū etiam profunditate optimū. Rectiore aūt ad sinistrā cursu Venetam urbē mediam scindere solitus portum efficit Venetū: cui munitissimæ arces duæ hinc et inde p sidio sūt appositæ. sed hæc pars occlusis pridem ad littia fusinam meatib in stagna paludesq diffunditur. non fuisse aūt Meduacū quem Timauū ee: aut e contra: præter rones supradictas: hinc maxime uidetur constare: q Plinius scribit contra Timauū amnē fuisse insulam paruam i mari cū fontibus calidis: qui pariter cū æstu maris crescerent: minuerentq: et recto brintæ amnis cursui: quē naturaliter per mediā urbem Venetam hebat oppositam fuisse constat insulam: cui Castellum olim Olonē appellatum fuit impositū. uñ cathedralis ecc dr castellana. Si uero calidi nō apparent nunc fontes minime mirandum q nedū Litoreis et maritimis mō tamen firmioribz multos arruisse fontes inuenimus. Timauusq supra Luciā fusinā inter primū habet ad dextram uicū Aurigianum tabernis hospitatorijs frequentatū. ibiq Timauū illabit tegola torrens: cui adiacet rus peragrum Deinceps Timauo sinistrorsum adiacet strata oppidulū: a quo sexto miliario fossa manu facta Paduam compendio nauigatur. eam urbem Italiæ uetustissimā clarissimāq maioris certum ē Antenorem Troia profectum condidisse: q ut indicant testimonijs. uersib ei: quos supra posuimus sic addit Veronius. Huc tñ ille urbem Patauii sedesq locauit. et Liuius Patauinus decus i primo idem de ea serio se narrat. Cicero aūt in philippicis Patauinos dicit Romanis amicissimos fuisse: qui rempu. difficillimis tpib: pecunia et armis iuuerunt. et macrobius i saturnalib ubi de fide seruorū tractat: innuit Patauinos fuisse phumanos: qui cū seruis clementissime: atq indulgentissime se habuerunt: q quidem asserit Asinio Pollione patauinos cogente: ut tributa cōferent: et ppea dominis latifundijs: neminem seruorum fuisse iuentū: qui libertate pposita dominū peteret. Fuit aūt postmodum Padua per felicissima stantis relpu. tpra Romanorum Colonia: non eo mō deducta: quo cæteræ deducebantur. ductis nouis pplis in coloniā: sed datū ei Paduanis ius latii: ut in designandis Romæ magistratibus ferendi suffragii ius haberent. q d a. o. Asconio Pediano in expositionib orationū ciceronis habetur. Ea uero describēda urbe si prolixiores erimus: sua nos dignitas excusabit. nullam ei ædificiorū pulchritudine præsertim

Arguitur mendacij Blondus i Timauo. a bonis q̄ sit brinta

cinde ne Lucanus

Portus Venetus

Lucia fusina

Patauium.

Fides seruorum Patauinorum.

Lum

publicorū in italia: sibi similem ēe tenemus. sunt aūt noua quæcūq; in ea nunc extant uel
primata: q̄n quidem ad trigesimum: et quadringentesimam salutis annum. athila rex Hunnor⁊.
Athila ferro ignīq; uastatam: reliquit Immunitam: et á Narsete eunucho: Rauennatibus instau-
Narses. ratam. anno á prima diruptione uix dum centesimo Lonobardi incensam penitus deser
tarunt. aucta uero ē mirabili incremento p Caroli maonⁿ et filiorum nepotumq; imperij tpra
nec aliquod postea incommodum sub Germanis impatoribus accepit: quousq; Federici primi bar-
Ecelinus barossi temporibus ecelinus de Romano tyrannorū oūm: qui unq̄ fuerant crudelissimus ad
annū salutis trigesimū septimū: et duodecies centenum eam sibi subegit: qui p̄ter commissas
cædes alias: p scriptionesq; ppe innumeras ciuiū ea usus ē: de qua in Verona dixi mus crudelita
te raro alias audita cædis peruaria cruciatuum genera ppetrate: duodecim milū patauinor⁊
charrarienses. quos Mantuanorū ingressurus fines, sub militiæ prætextu obsides secū duxerat: paulo ōn
qn Patauio postquam is tyrannus apud soncinum interijt: charrarienses sub Capitaneatus titulo rerū
in Patauio potiti sunt: qui eam urbem in Patauio annis paulo plus minus centum p uarias suo-
cessiones possessam opulentiore: ornatioreq; reddiderunt. Nam Gentis charrariæ ōpa maiori ex
parte excitata ornataq; fuerunt moenia: quibus triplici circuitu patauium cōmunitur, et licet
eam per urbem Timauus semp fuerit delapsus: quod Liuius in libro x. ondat: multis tn uarisq;
fossis: magno et ingenti opere manu factis aquæ circū urbem: et per diuersa agri loca: ornamento
urbi: commodoq; futuræ ab eisdem charrariensibus sunt productæ: quū arx in urbe munitissima
et Coniunctum ut productis brachijs palatium: facile in italis primarium: superbis operis nonnulli
in urbe pontes, gentis eiusdem fuerint opa. Henricus aūt iiii. imper. Germanicus Cathedralē
Henricus iiii Patauii eccam: quæ extat ædificauit: prætoriumq;: quo nullū in orbe pulchrius ēe tenemus: quū
eēt casu crematum: speciosius Veneti cōstruxerunt: ossaq; T. Liuii: cōspicuo in eius fastigio
collocarunt. Ionis uero: et cui rarissimæ sunt in Italia similes bī Antonii basilica á Pa
tauinis sub Ro. Impio semiliberis ædificata ē. Parochiales eccas xlta. et mendicantium
quatuor loca: magnifici certe opus ciues Patauinos, diuersis ædificasse tpribus constat. Est eaī
urbe iustinæ uirginis: templū amplissimum: cuius ædes mille in circuitu passus amplexæ aquis
circūfluuntur: quod in uetustæ ædis uestigio ædificatum fuisse hinc constat: q̄ effodientes ubiq;
pulcherrima inuenerunt Licostrata, eodemq; in loco T. Liuij sepulchrū ætate mā repertum fuisse
conspeximus: ut credere liceat uetustum | quis templū ibi fuisse: in quo ipse Liuius in x. narrat
spolia de cleomeni Lacedæmonis piratæ uictoria Patauium reportata fuisse. seruat uero nuc
idem templū Iustinæ ipsius Virginis: Lucæ euangelistæ. Maximi. et Felicitatis. Matthiæ
apti: superquem sors cecidit: Prosdocimiq; tutelaris Patauinorū sancti corpora: et reliquias
Areas Patauium publicas quinq; ht nobilū scilicet. et Herbaticam. frumentariā. Lionariam.
Palearem. In eiusq; Gymnasio olim italiæ celeberrimo ædes sunt amplissimæ studentium: quib⁹
opes sint tenuiores duxuo deputatæ. Viros Patauium doctrina clarissimos genuit T. Liuium:
cuius sepulchrj: priusq; Romam accederet: sibi et filijs duobus uxoriq; positi: saxum: nup uidi-
mus literas haud quaquam ineleganteis inscriptū. T. Liuius. c. filius sibi et suis Tito Liuio
Titi filio: prisco. F. T. Liuio T. F. Lonoo. F. Cassiæ sextæ primæ uxori. aliud q̄q elegan-
T. Liuij epitaphia ores mauscilas marmore incisas sepulchrum et Patauij in Iustinæ Virginis uestibulo extat
titulis ornatum: et militiæ cuius ad decus: utilitatemq; fuit ascriptus: et uirtutis suæ: qui dis-
dentes Patauinos ciues in patriam reuersus: ad concordiam reuocauit. Viuens fecit. T. Liui-
us. Luciæ T. F. quartæ Leonnis alis concordialis Patauij sibi et suis omnib⁹. Ratio aūt
quæ nos adduxit: ut futurā in minore uiro uanam huiusmodi diuersitatis sepulchrorū curio
sitatem adhibuerimus illa fuit: q̄ in primo sepulchro omnes: quos habuit Patauij decens uxo-
rem et filios in successionē amouerit. In altero aūt omnib⁹ dixit: qui filia Romæ eēt ductus:
quæ Lucio maonio nupsit oratorio Romano. de quo seneca declamationū octauo sic ht. non
maonio puto. quomodo T. Maonius gener T. Liuij declarauerit: quanuis aliquo tpre suū pplum habuit.
quū illum homines nō in ipsius honorem laudarent: sed in soceri efferrent. fuit q̄s is maonius uir
Liuius: ad quem nobiles ex ultimis hispaniarū partibus uenisse: et quos Romani nois fama non

mouerat: eius hominis famā perduxisse Beatus Hieronymus ex Plinio sumptum scribit. Paulus iureconsultus apud uetustissimos celebratus: fuit Patauinus. et Martialis poeta duos dilexit Patauinos poetas stellam et Flaccum his uersib: Verona licet audiente dicam. Vicit maxime passerem Catulle. Tanto stella meus tuo Catullo: quanto passere maior est columba. et Infra ó mihi curarum prediū non ille mearum Flacce anteorei spes: et alumne Lucus laris. Catullus uero uolusum poetam Patauinum: qui ad enniū exemplar rerū gestarum populi Ro annales carmine scripsit: damnare et uituperare conatus est: his epiorammatib). At uolusi annales Padum morientur ad ipsam: et laxas scombris sæpe dabunt tunicas. Item alio loco. Annales uolusi cacata charta. Votum soluite pro mea puella. Nam sanctæ Veneri cupidinique: Voui si sibi restitutus eem: dedissemq; truces uibrare iambos electissima pessimi Poetæ scripta Tarpeidi deo daturam: Infelicibus ustilanda lignis. et hæc pessima se puella uidit iocose lepidæ uouere diuis. nunc ó ceruleo creata ponto: Quæ sanctum Idalium: uiросq; apertos: quæq; ancona Gnidumq; arundinosam colus: quæq; ametunta: quæq; aleos: quæq; Dirr. Dirrachium Adriæ tabernam: acceptum face redditumq; uotum: si non illepidum neq; inuenustum ē. At uos interea uenite in ignem pleni turris et Infacetiarum. Annales uolusi cacatha charta. Petrum etiam de Apono conciliatorem appellatum phiæ et Astronomiæ usq; ad magiæ suspitionem peritissimum. Musattumq; louatum iurecōsultos poesi ornatos Patauiū ciues habuit. Franciscus Zabarella iurecōsultissimus. et Dileus de Prata Romanæ ecc. cardinales dignitate literis: et prudentia ornauerunt. Marsilius q; et paulo post Ioannes Galeaciusq;: et Gulielmus Sophistici. Ioannesq; Horologius: et paulo post antonius Cermisonus excellentes medici Patauiam patriam exornauerunt. Agrum etiam hēt patauinum nō minus q urbis ædificia cōspiciendū: q̄nquidem montes i illo sunt excelsi nec alpes: et apennin mū: quod nullo in Italiæ loco alibi cernitur: contingentes: et usq; summa cacumina: uinetis oliuetisq;: et cōsitis tectos: in quib) uina gignunt: quæ Plinius in Intimo adriatico sinu optima describit. Gemulā unum: in cuius summitate mulieres deo dicatæ monasteriū hēt. a Beatrice estensi uirgine nobili ædificatum. et Vendam alterum appellant monasterio ornatū: q̄ montis oliueti fratres inhabitant: bisq; adiacent montib) colles euganei fama apud Latinos uates notissimi eam enim uatibus sedem fuisse innuit Martialis fuisse poeta his uersib). Si prius euganeas clemens eliconis in oras: Victaq; Pampineis uideris arua iugis. et Lucanus i primo. euganeo si uera fides memorantib) augur colle sedes: et quū uici uillæq; multæ hos contegant colles tum maxime arquatam pplo frequentē uicū decorat Francisci Petrarchæ p̄dictum: ap q̄ apud quem diutissime uixit: multaq; scripsit. Eq; eius sepulchrū marmoreo i sarcophago columnis quatuor sustentatū. balneaq; apud eas euganeū etiā nūc appellatū plurima uisunt: quæ Theoderico rege ostrogothorum muris concluisse: ac ornasse Cassiodorus est auctor. Ineisq; herbas gigni scribit plin. de quib) poeta Martial. nullæ tibi sic blandient undæ. ac fontes Aponi rades puellis. quib) uero ea opitulent morbus: Michael sauonarola ope inid edito disseruit. Sed iā ad Timauum ē redeūdum. Is Timauus supra limina uici ubi incipit ee integer primū hēt ad dextrā oppidū Citatellam: quod Patauini ad amnium salutis quartū decimodecimes centeno ædificarunt. deinceps ē marostica. supius bassianū: quæ duo oppida pplis sunt frequentia. supraq; Bassianū Timauus: ubi Cisinum ē oppidum Cisino flumine auctet: in q̄d arciuagus Nauoritusq; torrentes exigui ex alpib) delabunt. Cisinusq; apud Demechum oppidulū hēt ortum. Timauo supra Cisinū ad dextera Grionum adiacet oppidū torrente ibi diligente dictū. Vlterius oppidū habetur Iuanum supraq; illud oritur Grionus. et superius emissoriū Lacus incubat Tusopum Caldonaciū deinceps oppidum: et uni imminet Lacui: et alys subiectum ē binis lacubus: a quib) tribus originē Timauus hēt. Primus post Timauū Musio fluuius Istriana Venetoq; ap mestre oppidum illabitur. cui ad sinistram Villa noua primum ē pxima. supraq; Paulo remotius Campus S. Petri oppidū adiacet opulentum: eiusq; fonti i montib) oppidulū imminet collis Musonis ab ipso fluuio appellatus: ad dexteram uero Musoni intus cōtinent Castrū franchū nobile oppidū. supius Asolatione nobilius. Demceps amnis ē Sylus: quem Plinius asserit oriri in montib) Tarui finis apud

Stella Patauinus

In volusū Patauinū poetā illepidū

Petrus de Apono

Euganei colles ap Gemulā et Vendā montes

Arquata.

Timauus: quem iste Britā ac cōtendat. Citatella Maroſtica Bassianū Cisinum. Grignū Iuanum. Tupolū Caldoniacū Musio flu. Mestre op Villa noua p. Campus S. Petri opp. Castrum franchum. Asola op.

Cisinus flu.

Grignus flu

Sylus flu

Torcellú. ci · pars Venetiarꝝ

Torcellū in ſtagna cadens · Torcellúmq; ciuitatem nūc epō ornatam tnīco de Dominicis/ſupra

Sylus flu.

Venetam deſcribentes regionē diximus ædificatam ſuiſſe ex rūinis : excidioq; Altini. cuius ue-

Altini ueſtigia ·

tuſtę urbis parua admodū ueſtigia ad eam contnentes partem : quæ ſiniſtrorſum ſylo amnis oſtio ē appoſita nunc cernuntur. Altinique nomen primus ap ueteres ponit Pli · et poſt Martialis poeta tanti fecīſſe uidetur : Altini oppidi ſitum : ut dicat æmula Baianis altini littora uillis Antoninus uō plus in ſtinerario uias deſcribens á Rauenna Aquileiā dicit · aut ſeptem maria recto á Rauenna ſecundum Adriatici littoris tractū ad altinū tranſmittit : aut eos : qui p lo-

Nouale op.

nonidm fermedū : Atheuſtū Patauiūq; tereſtri petant itinere / Altinū primo : et poſt Aquileiam

Tarui∫iú (uit.

accedere · In eo aūt : qui Muſionem et ſylū amnes interiacet ſpatio Nouale eſt oppidū nobile

ſylusq; ſupra i mediteraneis Tarui∫iū urbem diuidit : cuius nomen prior inter ueteſtos bt Plin.

per tpā uero oſtrogothorꝝ dnītatē incohaſſe uidet : quā nunc hē. Nam quū Totilæ pater Ve-

ronam æque ac Tarui∫ium dnīnio poſſideret : Tarui∫ii tn continuo ē īmoratus. Vnde Totila

qui poſtea fuit quintus oſtrogothorū rex : et quidē præſtantiſſimus : Tarui∫ii natus educatuſq; ē.

Poſtea longobardorū īnitio regni : quū Albo∫nus rex eius gentis primus Italiā eōt ingreſſus, Aqui-

leiamq; qualuscualus tūc erat : et cæteras regionis urbes p deditionē coepiſſet : Tarui∫iū : quia eius

incolæ deditionem tardiuſcule obtuliſſent : ſpoliare : ac diruere cōſtituerat : niſi Felix illius epūs

uir timoratus Rauenna oriūdus Regis barbariem ſua prudentia : et pcum inſtatia deliniſſet.

ornataq; nūc eſt ea ciuitas alio p∫tante epō Hermolao barbaro : qui ſicut decet epīm opō magis

pdeſſe adnitur q; præeſſe. Regionē uero : quā nunc deſcribimus : ſub noīe abſurdo Marchiæ Tar-

chiæ Tarui∫inæ : et pariter p∫ximā Forū uilū olim Galliæ ciſalpinæ partē Plin i regione Italiæ

decima poſuit : quā Carnorum fuiſſe affirmat. nā quū multa dixiſſet de Fluuio ſylō : oppido Al-

tino : flumine Liquentia. Colonia cōcordia, Taliamento Anaxo alia natione : deq; aquileia Co-

lonia : ſubiunxit. Carnorum hæc regio fuit : ad uocabulū regiones ipſæ alicubi, et ætate mā

Carn · qui

retinent. Ad ſyla fontem oppidulum ē Caſacorba. Deinceps Anaxū eſt flumen : cui nūc Plauis

Caſacorba

uulgatiſſima ē appellatio : ad eiusq; oſtia equilū eſt inſula ſtagnis paludibusq; a continenti

Anaxus flu. siue Plauis ut nūc

diuiſa. fuitq; ea inſula ciuitas eiuſdem nominis : ab eraclienſibus uicinis ædificata. nāq; Eraclea

Equilū · inſula

in hiſtoriis : et in ueneta huius Italiæ regione ōndimus fuiſſe poſt Aquileiæ Concordiæ : et Altini

Eraclea ·

demolitionē a dictarum urbium populis ædificatam : qui ab eraclio illius tempeſtatis imperatore

id nomen inciderunt ciuitati · Sed eraclienſes inde Venetias cōmigrarunt : et nunc urbis ue-

ſtigia requirant. equileiq; pariter : ubi mutato noīe ciuitas dr noua epiſcopi et quidē tenui

Venetiú limina

noīa partiæ et tenues reliquiæ uixe ſcunt · Anaxo ſeu Plaui fluuio ad ſiniſtram a diacet oppida

Feltrum · ci ·

Veneti. limina : et aquorū. et ſuprius arduo i monte ē Feltrū ciuitas epō nunc Iacobo ornata

Zeno : non minus doctrina q; gentis nobilitate cōſpicuo · Ad dextrā Plauis primū habet op-

Madirū Vetoriū

pidulum Madirū. inde i mediterraneis Vetorum. ſuprius ubi Varianus olim : nūc Caloriūs

Varianus flu :

auget fluuius ē oppidū Teſen : eidēq; amni Variano ſiue Caloriō appoſita ē Velunū ciuitas

Teſega Velunú. ci-

uetuſtiſſima : quā Pli · cæteriq; ſcriptores Velunum appellant · eidemq; nunc Feltro i eundem cō

iunctæ epātum idem Tenus præeſt epūs. Variamum uero ſuæ Caloriū amnē i alpib; ori-

undum · quas Germanicæ incolunt gentes : quinq; augent torrentes : quoru conuallib; margini-

Cordouallus flu ·

busq; caſtella : uiciq; plures inſunt barbaris noīb; appellati. ſed et ubi Plauim diximus Va-

Falchaohū

riano ſiue Caloriō incipe augeri : alter i fluit Cordouallus amnis : et ipſe ex ſummis defluens

Tabulum ·

alpib; : cui Falchachium Tabulúmq; oppida : et q; plures uici Germanica potius q; Italica noīa

Liquentia flu ·

hntes adiacent. Liquentia ad mare ſequit amnis uetuſti noīs : quæ ex montib; Opiterginis naſci

Plinius ē auctor. eum nunc Luentiā appellant. habetq; oſtii bifariā diuſi parte ad eaſdem

paludes. quib; equilū inſulam a continenti diximus ſeparari : alteraq; parte ad pxima Capu-

Turricium

larū inſulæ ſtagnaq; paludesq; delabit. ubi uero i ductas ſcindit partes ad dextera Turri-

Turricium ē caſtellū. Interiuſq; ubi Liquentiam ſiniſtrorſum torrens auget Mutteous opiter-

Opitergium ·

gium ē nunc oppidulum : quā uetuſti noīs ciuitatem ſimul cū Aquileia Altino : et Concordia

ab Athila deſtructā : et poſtea : quum eēt redificata a longobardis eodē anno : quo et ·

